

Crassus, & M. Antonius de ratione dicendi usi sunt. Ejus uxor Domitia Cn. Domitii Ahenobarbi filia Cn. Domitii soror, qui Tribunus Plebis legem de sacerdotiis tulit. Ex ea Q. Catulum, & Lutatiam procreavit, quam L. Hortensius orator duxit. Sunt qui hanc Servilia matre fuisse credant. Mortem sibi conscivit cubiculo inclusus nuper calce illito, & igne admoto, cum L. Cinna, & C. Marius Cæsares fratres, & alios Senatores occidi iussissent, & a militibus collega Mario missis quæreretur anno DCLXVI. Post quattuor annos Capitolium conflagravit, quem Q. Catulus filius curavit restituendum, quamobrem *Capitolinus* a Suetonio appellatur. Consul fuit cum M. Annilio Lepido anno DCLXXV. cum L. Sulla se Dictatura perpetua abdicasset; maximis contentionibus hi duo Consules inter se, utpote diversarum factionum homines contenderunt, & Lepidum Catulus ex Italia ejecit. Censuram cum M. Licinio Crasso post XIII. annos gessit, sed discordiæ causa lustrum non fecerunt: quadriennio post principem Senatus a Censoribus lectum, & eodem anno mortuum esse ferunt: ejus adolescentia delicatior quam par erat, fuit. Sed cum de mittendo in Asiam adversus Mithridatem duce ageretur, & Manilius Tribunus plebis legem promulgasset, ut Cn. Pompejus mitteretur, dissuasit hic idem Q. Catulus, qui cum in concione diceret, non in uno Pompejo omnia esse ponenda, neque eum omnibus periculis obiciendum esse: quem enim haberent, si quid ei accidisset, in quo spem essent habituri: una voce populus exclamavit in te: *Cepit*, inquit Cicero, *qui tunc Prætor erat, & Maniliæ rogationis suator, cepit magnum suæ virtutis fructum, atque dignitatis: cum omnes prope una voce in eo ipso vos spem habituros esse dixisset. Etenim talis est vir, ut nullas res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non & consilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere possit.* Uterque Q. Catulus & pater, & filius eruditissimi tum Græcis, tum Latinis litteris fuerunt: pater libros scripsit de rebus gestis & consulatu, ejusque carmina ut mollia, & delicata laudantur. Filius non fuit in oratorum numero, sed elegans quoddam, & eruditum orationis genus sequebatur. Hujus filiam duxit Mummus L. Mummii Achaici, qui Corinthum evertit, nepos, ex qua Mummiam Achaicam suscepit Ser. Sulpicii Galbæ Imperatoris matrem. Itaque Galba statuarum titulis se pro nepotem Q. Catuli Capitolini semper adscripsit: & cum generis sui imagines longo ordine in atrio collocaret, paternam originem ad Jovem, maternam ad Pasiphæam Minois uxorem retulit. Tanta erat illis temporibus cæcitas, ut nobilissimum hic se esse putaret, si genus duceret, vel ab illo omnium cubilium adultero, vel ab hac suæ pudicitiae supra sexum, atque feminae condicionem prodiga.

M A N L I A.

MANLIA gens patricia clarissima fuit, & ab ipsi initii libertatis ad Cn. Pompeii, & C. Cæsaris Consulatum tempora multis præclaris viris effloruit. Initio *Vulsonis*, & *Capitolini* cognomine, postea *Imperiossi*, & *Torquati* multi usi fuerunt, Tom. VIII.

unus atque alter *Atticus*, *Acidinus*, *Fulvianus*, *Longus* appellatus est. Fecerunt etiam *Vulsones* posteriores a *Torquateis*, & *Imperiossibus* distincti. Nos igitur prius de iis agemus, qui ante primum Imperiossum in majoribus magistratibus fuerunt, hos sequentur *Imperiossi*, illos *Torquati*, *Torquatos Vulsones* posteriores, & *Acidinus Fulvianus*. Novem igitur *Manlii* fuerunt, primo loco a nobis constituti, qui Consulatus tres, Tribunatus Consulari potestate duodecim, Dictaturam, Decemviratum legibus scribendis, & ovationes duas optinuerunt. At *Imperiossi* tres, Consulatus duos, Dictaturam, Censuram, & Magisterium Equitum. *Torquati* autem septem Consulatus undecim, Dictaturas quattuor, Censuras duas, Triumphos tres consecuti sunt. Postremo *Vulsones* posteriores tres Consulatus quattuor, triumphos duos. *Acidinus* novo exemplo Consul cum fratre germano fuit, & ante Consulatum ovans urbem ingressus est. Tot præmiis secunda virtus *Manliorum* exornata annos quadringentos & amplius emicuit. Primus Consul, vel ut tunc appellabant, Prætor Cn. Manlius fuit, I. ejus cognomen ignoramus, cum M. Fabio Vibulano iterum anno urbis CCLXXIII. post Reges exactos anno XXIX. Fortiter adversus Etruscos pugnavit cum Q. Fabio collega fratre occisus est. M. Fabius victor, quamvis saucius, & triumphum recusavit, & se consulatu abdicavit. Sexto ab hinc anno A. Manlius Cn. F. P. N. Consul fuit cum L. Furio Medullino, & lustrum octavum fecit; non enim Censores adhuc creati erant. Idibus Martiis ovans ingressus est, quod inducias cum Vejentibus fecerit. Anno CCXCIX. missus legatus est ad leges Græcorum conscribendas cum Sp. Postumio Regillensi, & Ser. Sulpicio Camerino: eas cum attulissent, consulibus abdicantibus Decemvir cum aliis collegis creati sunt legibus scribendis anno urbis trecentesimo secundo. His duodecim tabularum lex fons, & arigo totius juris civilis Romanorum debetur. Hujus cognomen *Bassi* vel *Vulsonis* fuisse, ut superioris *Cincinnati*, aut *Cæcinnati* alicubi inveni, sed parum tutum esse existimavi eorum librorum fidem sequi. Tertius L. Manlius est, quem *Capitolinum* Livius appellat, Tribunus militum fuit anno CCCXXI. Hunc sequitur M. Manlius eodem magistratu functus post alterum annum, ejus & parentes, & cognomen ignoramus. Post hunc M. Verrius debemus. A. Manlium A. F. Cn. N. Vulsonem Capitolinum, qui cum aliis quinque Trib. Mil. fuit anno CCCXLVIII. & biennio interjecto iterum. Additurque a quibusdam tertius Tribunatus anno CCCLVI. quod Livio A. Manlius hoc anno Tribunus nuncupetur. Sed eundem esse non significat, cum is numerum tertium non addat. Ventum est ad M. Manlium Capitolinum, qui bonis initiis, dum altissimum gloriæ gradum consecutus altiora se cum cogitat, eodem Capitolino saxo, quod servarat, dejectus est. Consul is fuit anno CCCLXI. Cum L. Valerio Potito, ovans de Acqueis urbem ingressus est. Biennio post urbe capta a Galles, in arce Capitolina, dum anseres obstrepunt, hostes intelligens, eos deiecit ex cuniculo, qua aggressi arcem erant. Interrex fuit triennio post, damnatus est anno O O CCCLXX.

I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

CCCLXX. Post hunc nemo Manlius *Marci* prænominis est usus. Hujus fratres fuerunt Aulus, & Titus Manlius, quorum alter fortasse est is, de quo locuti sumus A. Vulso Capitolinus. Sex civicas tulisse hunc M. Capitolinum, in quibus unam de duce Servilio Plinius lib. XVI. auctor est. Sed Livius spolia hostium caesorum triginta, dona imperatorum XL. in quibus insignes duas murales coronas; civicas octo: inter servatos cives C. Servilium Mag. Equit. nominatum. *Capitolini* nomen non hunc primum adeptum ostendunt alii, quos retulimus, quod in Capitolio habitarent, ita appellati: id deinde patriciis prohibitum. Septimum est A. Manlius, quem ter Tribunum Militum fuisse Livius affirmat anno urbis CCCLXV. & CCCLXVIII. & CCCLXX. Sunt qui quartum Tribunatum addant post annos duodecim, quo anno Livius A. Manlii Tribunii mentionem facit. Octavo loco C. Manlii Tribunatus cum P. Manlii Tribunatu conjungitur anno CCCLXXIV. Publius hic *Capitolinus* cognomento Dictator fuit susceptus M. Furio Camillo abdicanti seditionis sedandæ, & rei gerendæ causa anno CCCLXXXV. Is C. Licinium Calvum primum plebejum Magistrum Equitum dixit. Anno huic proximo idem P. Manlius sive alter ejusdem nominis Tribunus Militum fuit, quem Verrius Flaccus A. F. A. N. Capitolinum appellat, nec addit notiam, quam solet secundis magistratibus. *Imperiossi* cognomen primum habuit L. Manlius A. F. quod nimis severe delectum habuerit Dictator anno urbis CCCXC. Clavi fingendi causa creatus, cui M. Pomponius Tribunus plebis diem dixit, quod aliquot sibi dies ad Dictaturam gerendam addidisset, quodque Titum filium, qui postea *Torquatus* appellatus est, rus ab hominibus relegasset. Sed filius Pomponium cœgit jurare se ab accusatione discessurum. Alter Torquati frater is est, ut arbitror, quem M. Verrius *Cn. Manlium L. F. A. N. Capitolinum Imperiosum* appellat. Consul is fuit cum M. Popillio Lanate anno quarto post patris Dictaturam. Iterumque anno interjecto cum C. Marcio Rutilo, ut quidam arbitrantur; neque enim a veteribus proditum est eundem iterum creatum. Interrex biennio post fuit. Censor cum eodem Rutilo primo e plebe fuit anno CDII. lustrum faciende dicantur XXII. Tertius alter Cn. Manlius superioris, ut creditur filius, nisi forte idem ipse est, Magister Equitum fuit a Dictatore L. Furio Camillo dictus ann. CDVIII. *Torquati* cognomen invenit T. Manlius L. F. A. N. Imperiosus cum anno CCCXCII. cum Gallo pugnat, & ei torquem aureum detrahit, eoque se induit. Hic ter Dictator, ter Consul fuit, & in tertio consulatu triumphavit. Primam Dictaturam gessit anno urbis quadringentesimo rei gerendæ causa. Magistrum Equitum dixit A. Cornelium Cossam. Iterum Dictator quarto deinde anno comitorum habendorum causa eundem Mag. Equit. dixit: & biennio post Consul fuit cum C. Plautio Vennonem; iterumque Consul cum C. Marcio Rutilo tertium anno CDIX. Tertium Consulatum gessit cum P. Decio Mure quadrienno post; & urgentibus Latinis insignem victoriam optinuit. Collega se devovit, & occisus est. Hic Titum filium, quod ejus injussu pugna-

vit, licet victorem occidi jussit. Quamobrem odiosum se juventuti Romanæ fecit, nemoque ei adulescens nobilis obviam processit urbem ingredienti, dum triumphum egit XV. Kalend. Junias de Latineis, Campaneis, Sidicineis, & Aurunceis. Tertia Dictatura fuit ann. DXXXIII. comitorum, ut creditur, causa. Alter Torquatus superioris fortasse nepos in Consulatu, quem cum M. Fulvio Patino gessit anno CDLIV. ex quo lapsus, dum se exercet, mortuus est. Tertius a Verrio Flacco *A. Manlius T. F. T. N. Torquatus Atticus* appellatus Censor fuit anno DVI. cum A. Atilio Calatino, & lustrum fecerunt XXXVIII. Consul triennio post cum C. Sempronio Blaeso iterum factus est, iterumque Consul cum Q. Lutatio Cercone anno DXII. cum eodem de Faliscis triumphum egit. Cerco Kal. Martiis, Atticus IV. Nonas. Quartus T. Torquatus T. F. T. N. proximi frater, aut fratris filius ut suspicemur, Consul fuit cum C. Atilio Bulbo iterum sexennio post illum triumphum, & de Sardeis VI. Idus Martias hic quoque triumphavit, eodem anno pace ubique parta templum Jovi iterum clusum fuisse veteres prodiderunt. Sub Numa Rege antea solum clusum fuerat. Tertio temporibus Augusti Cæsaris Censuram gessit cum Q. Fulvio Flacco ann. DXXII. Sed lustrum non fecerunt, quod vitio facti fuisse dicerentur. Itaque abdicarunt Verrio teste. Septimo postea anno cum eodem Flacco iterum Consule iterum hic ipse Torquatus Consul fuit. Dictator quoque anno DXLV. tum Comitorum habendorum, tum ludorum causa fuit. Triennio antea cum Comitibus Consularibus prærogativa centuria cum consulem faceret, & aliæ idem facturæ esse viderentur, oculorum valetudinem excusavit, quæ cum excusatio recepta non esset: *neque ego vestros, inquit, mores consul ferre potero, neque vos imperium meum.* Hunc filius, ut opinor, Auli sequitur *T. Manlius A. F. T. N.* a Verrio dictus, quem Valerius juris civilis, & Sacrorum Pontificalium peritissimum appellat. Consul hic fuit cum Cn. Octavio anno Urbis DLXXXVIII. filium D. Junio Silano in adoptionem dedit, in quem auditis Macedonum legatis sententiam tulit pecunias eum a lociis accepisse, eaque de causa & rep. & domo sua indignum esse. Eam notam filius tam acerbe tulit, ut eadem nocte se ipsum laqueo interemerit. Pater funeri noluit interesse, sed consultoribus eodem tempore vacare. Proximo anno A. Torquatus fratri in consulatu successit, cujus collega fuit Q. Cassius Longinus. Prætor triennio ante fuerat, de reb. capitalibus quæstiones exercuit. Septimus L. Torquatus Consul fuit cum L. Aurelio Cotta anno DCLXXXVIII. Hi videntur præmio legis Consules facti, cum accusassent ambitus P. Sullam, & P. Autronium competitores Consules designatos, & optinissent. Sed maximum periculum Kal. Jan. & Nonis Febr. subierunt ab eisdem, quos accusaverant, inira conjuratione cum L. Catilina, & Cn. Pisone. Sed detecta conjuratio est, & Cn. Piso in Hispaniam missus, Catilina Consulatum cum optinere non potuisset, Cicerone Consule biennio post, iterum conjurationem instituit. Exstat Ciceronis Oratio *pro P. Sul-*

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

Sulla, ex qua apparet L. Torquatum L. Torquati consularis viri filium, cujus mater Asculana fuisse dicitur, Sullam accusasse, ut utriusque conjurationis non expertem. Hic est L. Torquatus filius, quem ut Epicureum fingit idem Cicero *lib. I. de finibus* cum eo longum habuisse sermonem. Fuit eodem tempore A. Torquatus quaesitor in Milonem de ambitu. Nunc ad Manlios Vulsoes posteriores venio. Primus L. Manlius A. F. P. N. Vulso longus Consul fuit anno CDXCVII. cum Q. Cædicio, & eo mortuo cum M. Atilio Regulo iterum, bello Punico primo in Consularu navalem de Pœneis triumphum egit. Iterum Consul fuit sexto anno a priore, ejusque collega C. Atilius Regulus iterum. Alter *Cn. Vulso Cn. F. L. N.* a Verrio dictus, superioris, ut credimus, nepos Consul fuit cum M. Fulvio Nobiliore anno DLXIV. triumphum egit III. Nonas Martias biennio post de Galleis Asiaticis. Hujus res gestas Hannibal Græce scripsit. Tertius A. Vulso superioris frater, ut existimamus, cum a Verrio Flacco Cn. F. L. N. ut ille appelletur, Consul fuit cum M. Junio Bruto anno DLXXV. Præter hos P. Manlius Vulso Prætor Sardiniam optinuit anno DXLIII. & anno postea XIII. L. Vulso Pr. Siciliam eandem provinciam biennio post C. Vulso Prætor fortitus est. Reliquum est, ut de Acidino Fulviano agamus. Q. Fulvius Flaccus, qui quater Consul, semel Dictator, Censor, Magister Equitum, & Triumphalis fuit, filium in adoptionem dedit L. Manlio L. F. Acidino. Itaque filius, qui antea, ut credimus, *M. Fulvius Flaccus* dicebatur, postea *L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fulvianus* appellatus est. *Acidivós* Græcis *imbecillum* significat, ac tenuem, inde fortasse *Acidini* cognomen deducitur, nisi potius *ab acido* *Acidinus* est. Hic cum fratre germano Q. Fulvio Q. F. M. N. Flacco, quod nunquam alias ante Cæsarum imperium accidit, Consul fuit anno urbis DLXXIV. Triumpharunt duo fratres germani Metelli eodem die, duo etiam Censores eodem anno fratres patruales fuerunt, & ut Paterculus refert, duo quoque Censores fuerunt Scipiones, sive Cæpiones fratres germani, quod, ut alia multa, quo anno acciderit, ignoramus. Acidinus biennio ante Consulatam cum P. Scipione Nasica, & C. Flaminio Aquilejam Coloniam Latinam Triumvir deduxit, ex Hispania Citeriore Proprætor fuisse reversum ovantem constat anno urbis DLXVIII. Prætor is fuerat ante triennium. Alius quoque L. Acidinus Prætor fuit ann. DXLIII. M. Marcello IV. Consule. Idemque ut arbitror post undecim annos ex Hispania reverfus a senatu, ut ovans ingrederetur, impetraverat, sed a M. Porcio Læca Tr. Pl. prohibitus est, magnum tamen auri & argenti pondus in ararium tulit. Præter hos omnes P. Manlius Col. fuisse dicitur cum C. Papirio Carbone anno DCXXXIII. sed is Mallus, aut Manilius fortasse est, quæ ambæ Consulares familiæ fuerunt, quamvis a multis tam Græcis, quam Latinis & inter se & cum hac Manlia confundantur, ut in collega P. Rutilii Ruffi. Col. ann. DCXLVIII. quem *Cn. Mallium* in titulo veteris monumenti appellatum esse scio, & in collega L.

Marcii Censorini, qui consul fuit ann. DCIV. quem *Manium Manilium* P. F. P. N. Verrius appellat. Prætorum quoque L. Manlium fuisse scimus anno primo belli Punici secundi, urbis conditæ DXXXV. & post undecim annos C. Manlius Prætor Siciliam optinuit. Nec dubito, quin apud Livium *lib. XXVIII. Q. Manilius* Tharinius fuerit is, qui Ædilis Plebis cum M. Pomponio Mathone ludos plebejos instauravit ann. DXLVI. & anno proximo Prætor peregrinus fuit, quamvis *Q. Manlius* mendose legatur. At P. Manlius ann. DLVIII. Prætor Hispaniam citeriorem provinciam optinuit, adjutorque M. Porcio Catoni Consuli datus est. Idem iterum Prætor eandem provinciam optinuit post annos tredecim. Quærendum quoque est, quis nam L. Manlius fuerit, qui cum L. Minucio Myrtilo jussu M. Claudii Prætoris Urbani, quod legatos Carthaginiensium pulsarent traditi legatis sunt, ut Carthaginem ducerentur.

MARCIA.

MARCIA gens duplex patriciorum, & plebejorum, utraque nobilissima, illa verustate, atque origine a duobus Romanorum Regibus orta, atque decorata, & Coriolano clarissimo viro, atque fortissimo illustris, hæc in varias stirpes divisa multis insignibus viris eluxit. Nam & Rutili & ex his orti Censorini, & Philippi, & Figuli, ac Reges, & si qui alii aliis cognominibus distinguntur, omnes plebeii fuerunt. At patricii, quos majorum gentium dicere possumus, si eorum opinionem sequamur, qui credunt a L. Junio Bruto primo Consule adscitos ex equestri ordine, primos patricios minorum gentium fuisse appellatos, ex Sabinis Romam cum Numa Pompilio Rege migrarunt. *Numa Marcus* princeps gentis appellatus est, quod Marci filius esset, ut Numa Rex, quod Pomponis esset, Pompilium gentis nomen invenit. Hunc Numam Marcium Præfectum Urbis fuisse, & Pontificem Maximum sub Numa, & Tulio Hostilio invenio, ex uxore Pompilia. Numæ Regis filia Ancum Marcium Regem quartum Romanorum suscepit. Numæ Regis uxor Tatia Titi Tatii Regis Sabinorum filia fuit, qui Romæ cum Romulo regnavit. Ex ea Pompilia nata fuerit, nec ne, ignoramus. Sunt, qui afferunt eundem Regem quattuor præterea filios procreasse Pomponem, Pinum, Calpum, & Marcum sive Mamercum, utroque enim nomine idem significatur, ut cum *Mamers Mars* dicitur. Ab his ortos fuisse Pomponios, Pinarios, Calpurnios, & Marcios quos falso *Mamercios* Plutarchum appellasse quidam arbitrantur. Ita duplex origo Marciorum, aut a Numæ Regis filio, aut ab Anco Rege, & a Numæ filia, orationibus, & laudationibus funerum jactabatur. Quibus affirmat Cicero historiam rerum Romanarum effectam esse mendacem: „ Multa enim (inquit) scripta sunt meis quæ facta non sunt: falsi triumphi, plures Consulatus, genera etiam falsa, & a plebe, vel ad plebem transitio- nes, cum homines humiliores in alienum ejusdem nominis infunderentur genus“. Anci prænomen Marcii Regis Sabinum esse Varro significat,

cat, quidam Græcum esse putant a vitio brachii nimis adunci. Regnavit annos XXIV. triumphum bis egit de Vejentibus, & Sabineis, Ostiam Coloniam deduxit. Duos filios, qui postea L. Tarquinius Priscum Regem occiderunt, reliquit, quos Ser. Tullius Rex in exilium misit. Tarquinius annos XXXVIII. regnavit, occisus est anno urbis conditæ CLXXV. Ab hoc anno ad CCLX. nulla Marciorum mentio, quod sciam, fuit. Tum Cn. Marcius, quem *Cajum* Plutarchus appellat, a Postumo Cominio Consule laudatus, quia fortem se, dum Corioli Volscorum oppidum caperetur, ostenderat, qui cum ei multa dona optare concederet, equum, & hospitem tantum Marcius Coriolanus, sic enim appellatus postea est, optavit. Anno proximo cum repulsam in Consulatus petitione tulisset, & de Tribunorum Pl. potestate abroganda in Senatu consilium dedisset, ne damnaretur præsens, solum vertit in patriam: Magnum Volscorum exercitum quadriennio post duxit, sed Vetustæ matris, & Volumniæ uxoris, & aliarum matronarum precibus ab incepto destitit. Matronis multa concessa a Senatu enumerantur, aram Fortunæ muliebri eodem loco faciendam curarunt, quo id impetraverant. Coriolani mortem varie veteres scripserunt. Alii a Volscis prodicionis crimine invisum occisum esse, alii se ipsum intermisit, ut Themistoclem; tertii senem admodum in exilio esse mortuum. Plebejorum vetustissimus C. Marcius, qui Tribunus plebis fuit, anno post urbem conditam CCCLXIV. Rutilorum, & Censorinorum tres Consulares ante Augusti tempora fuerunt, quorum primus quater Consul, bis triumphum egit, idemque primus e plebe Dictator, primusque plebejus Censor fuit. Alter cum bis Censor fuisset, quod nemo umquam optinuit: *Censorini* cognominis causa fuit. Tertius & Consulatum, & Censuram consecutus est. Primus igitur C. Marcius L. F. C. N. Rutilus in primo Consulatu, quem cum Cn. Manlio Imperioso II. gessit ann. CCCXCVI. de Privernatibus triumphavit Kal. Junii & anno proximo de Tusceis pridie Nonas Maii Dictator. Quarto postea anno iterum Consul fuit cum P. Valerio Potito Poplicola. Anno vertente Censor cum Cn. Manlio Imperioso, lustrum fecerunt XXII. Tertium Consul fuit anno CDIX. cum T. Manlio Torquato II. & cum Q. Servilio Ahala: quartum Consul uno anno interjecto honoribus vacuo. Ex hoc clarissimo principe familiæ natus est C. Rutilus, qui cum Q. Fabio Maximo Rulliano iterum anno CDXLIII. Consul fuit. Censuram priorem gessit post annos XVI. cum P. Cornelio Arvina: lustrum fecerunt trigessimum. Iterum Censor post annos novem & viginti, hoc est anno CDLXXXVIII. cum Cn. Cornelio Blasiione fuit, lustrumque fecerunt XXXV. Tunc Censorini nomen accepit, quod posteris quoque accessit. Populum increpuisse dicitur, quod bis eadem tantam potestatem detulerit: & ne aliquis bis Censor fieret, legis promulgandæ auctorem fuisse.

III. Tertius L. Marcius C. F. C. N. Censorinus Manii Manilii in Consulatu collega anno primo tertii belli Punici, hoc est anno urbis DCIV. biennio post Censor fuit cum L. Cornelio Lentulo

Lupo: lustrum fecerunt LVI. Hunc nepotem, aut pronepotem superioris fuisse credimus.

PHILIPPI.

PHILIPPI quattuor, Consulatus quinque, Censuras duas, Magisterium Equitum, & triumphum optinuerunt. Primus Q. Marcius Q. F. Q. N. in Consulatu, quem cum L. Aemilio Barbulo gessit, triumphavit de Etrulceis Kalend. Aprilis anno CDLXXII. Magister Equitum fuit anno XVIII. Cn. Fulvio Maximo Centumalo Dictatore clavigendi causa. Sequitur Q. Philippus L. F. Q. N. Verrio teste, quem proximi nepotem fuisse suspicamur. Consul fuit cum Sp. Postumio Albino anno DLXVII. ob Bacchanalia ex Senatus consulto Consules quæstiones exercuerunt in plerasque feminas non viles; quæ sacrorum prætextu turpiter vixerant ante biennium Prætor Siciliam optinuit. Iterum Consul fuit cum Cn. Servilio Cæpione ann. DLXXXIV. quinquennio post Censor cum L. Aemilio Paulo. Lustrum fecerunt LIII. Hujus filius Q. a Livio commemoratur. Tertius L. Philippus Q. F. Q. N. cujus mater Clodia soror fuit Appii Pulchri C. F. Consularis viri, clarissimus vir fuit, & post L. Crassum, & M. Antonium eloquentissimus: in Tribunatu plebis legem Agrariam promulgavit. Sed eam non pertulit, in Tribuni Militaris, & Consulatus petitione repulsam tulit, Consul tamen factus est cum Sex. Julio Cæsare anno proximo ante Maricum, sive sociale bellum, hoc est urbis ann. DCLXII. in eodem consulatu M. Drusi Tr. Pl. conatus fregit, ejusque leges Livias neminem tenere decernendi senatui auctor, ut Consul & Augur fuit, utpote contra auspicia latas. Censor cum M. Perpenna quinquennio post lustrum condidit LXVII. Quartus L. Philippus L. F. hoc est superioris L. Philippi filius Consul fuit cum Cn. Lentulo Marcellino ann. DCXCVII. Hic vitricus fuit C. Octavii, qui postea adoptione majoris avunculi C. Cæsaris Octavianus appellatus est, & postea Augusti cognomine imperium tenuit. Namque Attia Augusti mater post C. Octavii Prætorii viri mortem L. Philippo nupsit, ex qua L. Philippum procreavit, ut Dion scribit. Ovidius vero in *calce lib. VI. fastorum* materteram Cæsaris Augusti Philippo nupsisse ait, & ex eo natam Marciam, quæ tum ab Anco Rege, tum ab eo Philippo, qui templum Herculis Musarum edificavit, genus duceret. Hunc autem Augusti tempore fuisse, qui id templum construxerit, Suetonius auctor est. Ex alia uxore Philippi Marcia nata est M. Catonis, & Q. Hortensii uxor, quæ vivo Catone ab Hortensio expetita esse dicitur, & mortuo Hortensio ad Catonem rediisse. L. Philippum patrem invenio Gellii vitricum fuisse, & Gellie Postumii matris. Est autem is Gellius quem Catullus turpissimis verbis proscidit, in quem Cicero in *Sextiana* invehitur frater, ut arbitror L. Gellii Publicolæ viri Censorii. Figulos duos tantum Consulares reperio ambos eodem prænomine. Prior C. Marcius C. F. Q. N. Consul cum P. Cornelio Scipione Nasica, qui *Corculum* dictus est ann. DXCI. Sed Figulus e Gallia, Nasica e Corsica redierunt, & abdicarunt se consula-

Iatu, quod vitio facti esse dicerentur. In eorum locum facti sunt P. Lentulus, & Cn. Domitius Ahenobarbus. Iterum tamen Consul sexto postea anno fuit cum L. Lentulo Lupo: cum Delmatis varie pugnavit, victoria tandem potitus est. C. Figulum Prætorum fuisse invenio ann. DLXXXIV. eum hunc ipsum fuisse arbitror, & Classi præfectum fuisse. Hujus filius C. Figulus jurisconsultus cum in petitione Consulatus repulsam tulisset, postridie fertur consulentibus dixisse: „Vos consulere scitis, Consullem facere nescitis“. Alter Consularis C. Figulus C. F. a Dionè appellatur, Figuli jurisconsulti, ut arbitror, filius, aut nepos. Consul fuit cum L. Julio Cæsare ann. DCLXXXIX. Ante hos T. Marcius Figulus ann. DLXXXIV. nuntiavit Senatui palmam enatam in impluvio suo.

REGES.

- ..V.. REGES duos etiam Consulares invenio, & alterum triumphalem. Prior Q. Marcius Q. F. Q. N. Consul fuit cum M. Catone Liciniano anno DCXXXV. Pro consule anno proximo triumphum egit de Liguribus Stoeneis III. Nonas Decembres. Hic in consulatu unicum filium amisit magnæ spei adulescentem; eodem die Senatam habuit. Alter Q. Rex superioris ut creditur fratris filius Consul fuit ann. DCLXXXV. majoreque parte anni solus Consulatum gessit, propterea quod cum L. Metellus collega initio anni mortuus fuisset, & eum qui ei successus fuerat, antequam iniret, mortuum fuisset audirent, religioni habitum est Regi collegam creare. Ex hac familia Marcia fuit avia paterna C. Cæsaris Dictatoris. Nam cum in funebri oratione Juliam amitam, quæ C. Marii septies consulis uxor fuit, laudaret, ejus paternum genus cum diis immortalibus conjunctum esse dicebat, eum a Venere Julæ essent: & maternum ab Regibus ortum; cum ab Anco Marcio Marcii Reges essent, quo nomine fuisset mater amitæ. Captasse quoque P. Clodium Ap. F. Pulchrum constat Q. Marcii Regis consularis hereditatem, qui Terriam Clodium ejus sororem duxerat, ex Ciceronis joco discere quis potest: sed ad Consules revertamur. Ante hos omnes, quos diximus Philippus, Figulus, Reges Q. Marcius Tremulus fuit, qui bis Consul, & triumphalis Marcie genti maximum ornamentum addidit. Priori Consulatu, quem cum P. Cornelio Arvina gessit, triumphum egit de Anagninis, Hernicisque prid. Kal. Quinctiles ann. CDXLVII. statua ei equestris togata ante adem Castrorum statuta est, quod Samnites bis devicerat, & Anagnia capta populum stipendio liberaverat. Prætorum invenio urbanum fuisse M. Marcium Rullam anno DXLIX. & biennio post legatum Carthaginem missum cum L. Veturio, & L. Scipione: sine cognomine insignis vir L. Marcius fuit Septimii filius eques Romanus, qui morte Publii, & Cn. Scipionis, quorum alter Africanus, alter Nasicæ pater fuit, perditas res in Hispania collecto exercitu restituit, & maximos hostium exercitus vicit. Senatam tamen offendit, quod se *Propratore* appellaverit in litteris, quibus de rebus gestis eum certiorum fecit. A militibus enim novo exemplo fuerat dux electus, & *Propratore* salutatus. Eidem fe-

runt concionanti caput ardere visum; clypeumque in Capitolino templo positum esse, quod *Marcium* diceretur cum imagine Afrubalis ab eo victi. M. Marcius Tribunus Militum secundæ legionis occisus a Gallis ann. DLX. M. Marcius Rex sacrorum moritur ann. DXLIII. quem arbitror patricium fuisse. Nam Cicero in oratione ad Pontifices Regem Sacrorum, Flamines, Salios, & ex parte dimidia sacerdotes, & Interregem, & eum, a quo is proditur patricios esse oportere affirmat. L. Marcius cum Q. Fulvio Ædilis Curulis fuit anno DLXXXVIII. cum Hecyra Terentii tertio relata est. Potuit is esse L. Marcius Censorinus, quem Consulem fuisse diximus post annos XVI. De aqua Marcia varietas inter scriptores est, a quo nomen sumplerit; *Plinius Marcia*, inquit, *quondam Aufeja, fons ipse Piconia. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius unus e Regibus, postea Q. Marcius Rex in prætura rursusque restituit M. Agrippa.* Plutarchus *Marcii* inquit *fuere Publius, & Quintus, qui maximum, pulcherrimumque Romæ aquæductum fecere.* Julius Frontinus anno ab urbe condita DCVIII. *Ser. Sulpicio Galba, L. Aurelio Cotta Cos. datum est a Senatu negotium Marco Titio, qui tum Prætor inter cives, & peregrinos jus dicebat, aquæductuum reficiendorum, & ut alias aquas duceret. Is hanc aquam a tertio miliario duxit, cui ab auctore Marcie nomen est.* Fenestellam quoque is refert Marco decreta in hæc opera HS. DCCCIV. & Præturam in alterum annum prorogatam. Sed in verbis Frontini mendum esse potest, ut *pro Marcio*, vel *pro Marcio Tito M. Titus* scribatur, nam cur a prænomine *Marco Marcia*, non a *Titio* nomine gentis *Titia* dicta est? quamvis *Appia* & *via*, & aqua a prænomine *Appii* Claudii dicitur, sed nonnulli *Claudiam aquam* dixere, & *Appii* prænomen genti *Claudie* ita hæsit, ut raro apud alias invenitur. Augent opinionum varietatem denarii Philippi Monetalis, qui adhuc extant, in quibus Ancus Regis imago cernitur ejus prænomine adscripto, & aquæductus his litteris inscriptus *AQUA. MARG.* & in eo statua equestris cum his litteris *PHILIPPVS.* Non dubito, quin is Triumvir Monetalis, qui denarium signavit, voluerit gentis suæ monumenta celebrare, & se originem ducere ab Ancus Rege significare, & ab eo, qui aquam duxerit, & cui statua equestris donata sit, quem forrasse antea *Tremulum* cognomento appellavimus. Laudatur præterea a Plinio Manius Marcius Ædilis plebis, qui primus frumentum populo in modios ailibus donavit. Nec est omittendus Marcius vates a veteribus Romanis celebratus, quisquis ille fuit. Sub Augusto Cæsare duos Consulares fuisse video ex Censorinorum familia, quorum alter triumphalis etiam fuit. Prior L. Marcius L. F. C. N. Cos. ex Macedonia triumphum egit Kal. Jan. ann. DCCXIV. ejus collega fuit C. Calvisius C. F. Sabianus. Alter superioris filius C. Censorinus L. F. L. N. Consul fuit ann. DCCXLV. Tiberii Cæsaris temporibus unus Q. Marcius Barea cum T. Rustio Nummio Gallo Cos. successus fuit ann. DCCLXXXVIII. Neque post hæc tempora alium

alium Consularem Marcium invenio. Marcia Augustorum uxores, aut concubinae hae a nobis collectae sunt. Marcia Furvilla Titi Vespasiani filii uxor splendidi generis, ut ait Suetonius, ex qua filia nata est Julia, quam Domitianus patruus adamavit. Marcia item Commodi Imp. concubina, quam Amazonis habitu diligebat, & *Amazonium* se, mensemque Decembrem, vel Januarium appellabat. Hanc dum occidere meditatur, ejus consilio occisus est. Marcia quoque L. Septimii Severi uxor prior appellata est, cui Imperator factus statuas posuit. Marcia Otaciliae Severae Augustae uxoris Philippi Imperatoris multa monumenta extant, & pecunia ejus nomine, & imagine signata. Fuit praeterea Marcia Fabii Maximi uxor Liviae Augustae valde familiaris, & Marcia Vestalis cum Licinia prius absoluta, postea damnata L. Cassio Quaesitore, cum Sex. Peduceus Tribunus Pl. L. Metellum Pont. Max. & totum collegium Pontificum criminatus est male judicasse Aemiliam tantum condemnando, ceteras absolviendo, ut Asconius testatur in *Miloniana*.

M I N U C I A E.

- MINUCIAE gentis familia duplex patriciorum, & plebejorum, utraque Consularis. Namque Augurini patricii Consulatus quinque, Decemviratum legibus scribendis, & Pontificatum Maximum optinuerunt. Rufi plebei Consulatus tres, triumphos duos, & Magisterium Equitum cujus imperium cum Dictatore novo exemplo est aequatum. Praeter hos Thermorum familia, quam plebejam fuisse existimo, Consularis & triumphalis fuit.
- I. Primus M. Minucius Augurinus Consul fuit cum A. Sempronio Atriatino anno urbis CCLVI. post Reges exactos anno XIII. Iterum cum eodem collega Consul fuit, vel ut tunc dicebatur, Praetor anno post superiorem Sexto. Anno proximo hoc est ann. CCLXI. Consul fuerat P. Augurinus cum
 - II. T. Geganio Macerino. Tertius L. Minucius eodem cognomine ceteris & virtute, & praemiis praecellens Consul fuit ann. CCXCV. cum C. Nautilio Rutilo iterum coactus est abdicare a L. Quintilio Cincinnato Dictatore. Decemvir legibus scribendis fuit anno CCCIII. & proximo, quo abdicare cum reliquis est coactus propter Appii Claudii collega I. bidine, atque potentiam. Idem tamen sive alius ejusdem nominis praefectus Annonae fuit anno CCCXIII. & proximo, quibus Sp. Maelii facinus tyrannidem captantis, quem C. Servilius Ahala interemit, detexit, & farris pretium trinis nudinis ad assem redegit: ob quas res undecimus Tribunus plebei creatus est, & ei statua, atque columna stipe a populo collata extra portam Trigeminam statuta est non ex Senatus consulto, sed tum primum ex populi decreto, ut Plinius auctor est. Livius tantum bove aurato extra portam Trigeminam donatum asserit, falsumque esse imaginis titulum, quo diceretur undecimum Tr. Pl. cooptatum, cum patricius fuerit, & patres non sinerent augeri numerum. Extant hodie Augurinum denarii cum columna, & Auguris imagine. Quartus Q. Augurinus Cos. fuit ann. CCXCVI. cum C. Horatio Pulvillo. Quintum invenio Sp. Augurinum Pontifi-
 - III. T. Minucius eodem cognomine ceteris & virtute, & praemiis praecellens Consul fuit ann. CCXCV. cum C. Nautilio Rutilo iterum coactus est abdicare a L. Quintilio Cincinnato Dictatore. Decemvir legibus scribendis fuit anno CCCIII. & proximo, quo abdicare cum reliquis est coactus propter Appii Claudii collega I. bidine, atque potentiam. Idem tamen sive alius ejusdem nominis praefectus Annonae fuit anno CCCXIII. & proximo, quibus Sp. Maelii facinus tyrannidem captantis, quem C. Servilius Ahala interemit, detexit, & farris pretium trinis nudinis ad assem redegit: ob quas res undecimus Tribunus plebei creatus est, & ei statua, atque columna stipe a populo collata extra portam Trigeminam statuta est non ex Senatus consulto, sed tum primum ex populi decreto, ut Plinius auctor est. Livius tantum bove aurato extra portam Trigeminam donatum asserit, falsumque esse imaginis titulum, quo diceretur undecimum Tr. Pl. cooptatum, cum patricius fuerit, & patres non sinerent augeri numerum. Extant hodie Augurinum denarii cum columna, & Auguris imagine. Quartus Q. Augurinus Cos. fuit ann. CCXCVI. cum C. Horatio Pulvillo. Quintum invenio Sp. Augurinum Pontifi-

cem Maximum fuisse ann. CCCXXXV. Postremo Ti. Minucium reperiō Consulem L. Postumii Megelli in Consulatu collegam ann. CDXLVIII. mortuum esse, eique suffectum M. Fulvium Curvum plebejum. Quod facit, ut dubitent quidam, num ipse Minucius plebejus fuerit. Sed mihi non mirum esse videtur, ut initio anni duo patricii Consules fuerint, & postea altero mortuo plebejus fuerit suffectus. Venio nunc ad Minucios plebejos, quorum vetustissimus est M. Minucius Tribunus plebis ann. CCCLII. Ruforum vero primus Marcus ille Minucius, qui Cos. ann. DXXXII. cum P. Scipione Asina, & quarto postea anno Magister Equitum fuit Q. Fabio Maximo Verrucollo II. Dictatori, qui cum victorem Hannibalem cunctando coercuisset, eam cunctationem milites ignaviam, & foecordiam appellantes a populo Romano optinuerunt, ut Minucio cum Dictatore aquaretur imperium. Sed cum id in perniciem cessisset, nisi Minuciani a Fabianis fuissent summo periculo liberati, iterum se omnes Dictatori subjecerunt, eumque patrem appellarunt. Alter est Q. Minucius C. F. C. N. Rufus a Verrio dictus: is Consul ann. DLVI. cum C. Cornelio Cethego, triumphum egit de Liguribus, & Boiis in monte Albano. Praetor Brutios provinciam ante triennium optinuit: & M. Rufus Praetor peregrinis jus dixit, anno Consulatus Q. Rufi. Tertius Q. Rufus, quem aliqui M. appellant, Consul fuit cum Sp. Postumio Albino anno secundo belli Jugurthini, hoc est urbis DCXLIII. triumphum egit anno proximo de Scordiscaeis, & Triballeis ex Thracia. Thermum Consularem unum inveni Q. Minucium Q. F. L. N. qui Propratore an. DLVIII. ex Hispania Citeriore triumphum egit, Consul fuit biennio post cum L. Cornelio Merula. Hic Aedilis Curulis cum T. Sempronio Longo anno DLV. fuerat: & ab his ludi Romani quater instaurati fuerunt. Praetoram biennio post gessit in Hispania Citeriore, ex qua, ut diximus, triumphum egit. Occisus est ann. DLXV. a Thracibus. Praetor M. Thermus fuit, sub quo C. Julius C. F. Caesar postea Dictator prima stipendia in Asia fecit: & ab eo in expugnatione Mytilenarum civica donatus est anno plus minus DCLXXIII. Praeter hos invenio T. Minucium Melliculum Praetorem inter cives, & peregrinos mortuum esse anno DLXXIII. C. Minucium Numatium occisum Cannensi proelio, quem Magistrum equitum fuisse anno proximo, hoc est anno urbis DXXXVI. aliquot dies Livius asserit. Minucia Vestalis viva defossa extra portam Collinam campo scelerato nomen dedit ann. CDXVI. Lucius Minucius legatus a Q. Fulvio Flacco missus ex Hispania Citeriore ann. DLXXIII.

M U C I A.

MUCIA gens plebeja quidem, & quae sero ad Consulatum pervenerit; tamen clarissimos viros habuit, & tum juris civilis scientia, tum gravitate morum insignes: Consulatus quinque, Pontificatus Maximos duos, & triumphum optinuit. Omnes eodem cognomine *Scævola* sive *Scævula* usi sunt, eo excepto, qui primus id cognomen invenit,

VI.

I.

II.

III.

nit, quem *Cordum* a multis, ab Athenodoro *Opfigonum* appellatum fuisse accepimus. *Cordi* agni, & *Cordum* frumentum, aut fenum dictum est, quod sero nasceretur, aut maturesceret: idem *Opfigonus* significat. *Scævola* is dictus est, quod dexteram in ignem miserit, cum Porphenam Regem urbem obsidentem interimere putans, purpuratum ejus sive scribam occidit: & postea sinistra usus necessario est. *Scæva* Græca origine sinistram significat, & *Scævola* deminutionis causa dicitur, ut *sportula*, & *animula*. Quod vero O littera pro V posteri in eo nomine usi sint, mirandum non est, tum propter earum litterarum in multis aliis facilem permutationem, tum propter usum ejus vocalis post digamma, quæ raro ab eruditionibus veteribus retinebatur, sed in O mutabatur. Unde in nummis paullo post eadem C. Cæsaris signatis DIVOS. IULIVS. sic in veteribus Plauti, & Terentii, & aliorum libris VVLGVS, VOLT, VOLTIS, VOLTIVS, & cetera eadem ratione. Sed Antiquius esse arbitror *Scævola* usum, ut *Poplicula*, & *epistula*, quorum alterum in *Publicolam* mutatum est, alterum licet ut origine Græcum, O littera scribendam esset, non nisi post Justiniani tempora eam litteram accepit. Prænomen Cordi varie scriptum video. Sunt, qui Cajum Mucium, quo prænominis Consulares usi non sunt, alii Quintum, vel Publium, quibus frequentius gentiles usos video, prodiderunt. Ab hoc *Mucia prata* dicta sunt ea, quæ virtutis ergo ei donata cum statua esse dicuntur. Fuit is annus post Reges exactos alter, post urbem vero conditam CCXLV. Hunc patricium fuisse non nemo scripsit, sed cum neque is, nec posteri magistratus optinuerint ante quam cum plebeis communicarentur, id mihi non sit verisimile. Primus Consul P. Mucius Q. F. P. N. Scævola triumphum egit de Liguribus ann. DLXXVIII. ejus collega fuit M. Aemilius Lepidus in secundo consulatu. Hujus pater ut arbitror Prætor ann. DXXXVIII. Sardiniam optinuit. Publii frater germanus Q. Scævola Consul proximo anno post fratris Consulatum fuit cum Sp. Postumio Albino Paullulo. Tres Soles eo anno visi Prætores ambo fratres eodem anno fuerunt ann. DLXXIV. Publius Pr. urbanus fuit, & quæstionem de veneficiis exercuit. Quintus Siciliam optinuit. Tertius P. Scævola P. F. Maximus vir, & juris peritissimus Tribunus plebis anno DCXII. adversus L. Tubulum, qui Prætor quæstionem de sicariis anno proximo exercuerat, pecunias accepisse dicebatur, rogationem pertulit, qua Cn. Cæpioni Cos. ea quæstio deferebatur. Sed Tubulus in exilium profectus est. Prætor fuit quinquennio post, & Consul ann. DCXX. cum L. Calpurnio Pisone Frugi. In Consulatu Ti. Gracchi Tr. Pl. conatus non solum non repressit, verum etiam adjuvisse cum fratre germano P. Licinio Crasso Muciano jurisconsulto, & anno proximo Pontifice Maximo creato dictus est. Quamobrem nobilitas exarsit, & duce P. Scipione Nasica Tiberius occisus est. Pontifex Maximus fratre in Asia mortuo cooptatus est anno tercio post Consulatum. Quartus est Q. Mucius Q. F. quem Augurem Cicero appellat, Consulatum gessit cum L. Metello Delmatico ann. DCXXXVI. Hic ex Lælia Majore C. Læ-

lii sapientis filia duas Mucias procreavit, quarum alteram L. Crassus duxit, alteram C. Marius septies Consul. Crassus duarum Liciniarum pater fuit, quæ P. Scipioni Nasicæ, & C. Mario filio nupserunt. C. Lælius minorem filiam C. Fannio M. F. collocavit, qui cum major natus esset, quam Q. Scævola, moleste admodum tulit sibi illum in Auguratus collegio prælatum. Horum omnium nomina leguntur in dialogis Ciceronis, qui inscribuntur *Cato major* sive *de senectute*, & *Lælius* sive *de amicitia*, & *de Oratore ad Q. fratrem*. Hunc etiam Q. Mucium jurisconsultum fuisse accepimus, quamvis a Pomponio omissus sit, cujus historia minus vera & plena est. Sequitur Q. Mucius P. F. quem *Pontificem*, aut *Pontificem Maximum*, ut ab Augure distinguant, appellant. Hic paternam disciplinam exornavit, majoresque progressus in ea fecit, cujus hodie extant aliquot capita in *Digestis ex libro definitionum*. Consul fuit anno DCLVIII. cum L. Licinio Crasso Auguris genero, cum quo alios magistratus gessit excepto Tribunatu Plebis, in quo Scævola Crasso successit. Et Scævola Tribuno in rostris sedente legem Servilium Q. Cæpionis Consulibus Crassus suavit anno DCXLVII. quo anno Cicero natus est. Ambo Consules legem Liciniam, & Muciam pertulerunt de civibus regendis, ut in sua quisque civitatis jus redigeretur, neque jus civitatis Romanæ usurparet; quam Cicero in *Corneliana* perniciosam Reipublicæ fuisse dixit. Ex ea enim alienati sunt animi Italicorum, & belli socialis occasio quinquennio post exorti fuit. Provinciam Asiam novem menses Prætor, ut arbitror, rexit ea justitiæ, æquitatis, & integritatis, ac diligentis fama, ut exemplum provinciarum rectoribus reliquerit, ejusque edicta Asiatica in alias provincias transferrentur: & festos dies singulis annis deinceps ageret Asia, quæ *Mucia* dicerentur, ut tanti viri memoriam quotannis renovarent. Pontifex Maximus fuit ann. DCLXIV. triennio post in funere C. Marii septies Consulibus, C. Fimbriæ perditissimi civis jussu vulnus accepit, ab eodem paullo post accusatus est: quadriennio post anno Vestæ templum occisus L. Licinii Damalippi Prætoris, qui Marianarum partium erat, auctoritate. Hic non solum jurisconsultus, sed etiam orator habitus est non contemnendus. Hujus soror Mucia Manio Acilio Glabroni nupsit, ex quo Manium Glabronem peperit, qui Consul fuit anno DCLXXXVI. apud quem Prætores C. Verres accusatus est. Apud Pomponium mentio extat Q. Mucii Vulsii, qui Auli Cascelli præceptor fuit, a quo P. Mucius Quinti nepos heres institutus est. Eum Volusum Plinius libro octavo *Volcatium* appellasse videtur, defensumque esse a cane narrat, ne a grassatore occideretur. Sed in utroque libro mendosus locus est. Apud Ascanium legi Q. Mucium Orestinum Tribunum plebis fuisse anno DCLXXXIX. quam Cicero furti a L. Fuffio Caleno accusatum privato judicio defenderat, sed Catilinæ in petitione Consulatus favebat, & in senatu intercesserat, ne lex ambitus audita poena ferretur. De Tertia Mucia Cn. Pompeii ter Consulibus tertia uxore, ex qua tres liberos procreavit, quam non sine adulterii suspitione dimissam M. Aemilius

lius Scaurus dixit, Scauri principis senatus filius, ex qua etiam filium suscepit, alio loco diximus fuisse quidem Scaevolæ alicujus filiam, sororemque uterinam Q. Metelli Nepotis, & fortasse Q. Metelli Celeris, qui ambo Consulares fuerunt. Ob hanc eandem Muciam Pompejo objectum est a C. Curione patre, & filio, curejus, quem *Ægisthum* solitus erat appellare, filiam uxorem acceperit, hoc de C. Casare dixisse aliquando Pompejum in memoriam redigebant, regnandique cupiditatem utriusque exprobrantes, quæ ambos simul cum republica transverfos egit.

N A U T I Æ.

- NAUTIÆ gentis origo a Nauta comite Æneæ Trojano fuit, cui Palladium a Diomede traditum fuisse, & posteris Minervæ sacra semper commissa, Varro in libris *de familiis Trojanis* prodidit. Itaque ex his patricia familia Rutilorum, majorum ut arbitror, gentium septem habuit, qui Consulatus quinque & Tribunatus Militares cum Consulatu potestate quattuor consecuti sunt. Primus Sp. Nautius Consul fuit cum Sex. Fusio Fulo Medullino ann. CCLXV. Hunc Dionysius, ut nobilissimum adolescentem, & Minervæ sacerdotem, Palladiique custodem, & mox futurum Consulem sexto antea anno laudat. Patrē ejus Spurium appellant, qui existimant ejus filium fuisse C. Rutilum bis Consulē, quem Verrius Flaccus Sp. F. Sp. N. appellat. Ejus in priore Consulatu, quem gessit anno CCLXXVIII. collega fuit P. Valesius P. F. Poplicola, in posteriore L. Minucius Augurinus ann. CCXCV. Anno vicefimo ab hoc Consulatu Sp. Nautius legatus Populi Romani a Fidenatibus jussu Lartii Voluonii Vejentum Regis cum aliis tribus C. Fulcinio, & L. Roscio, & Tullio Clavio, sive Caelio, aut C. Julio Julio occisus est. Pro Sp. Nautio, quem Livius, & Plinius produnt, Cicero in *Philippicis*, nisi mendosus liber sit, Sp. *Antium* refert. Horum in rostris statuarum ex S. C. positæ sunt. Primus post hos Tribunus Militum fuit Sp. Rutilus anno CCCXXIX. Alter Spurius ter eodem magistratu functus est annis XXXIV. XXXVII. & XLIX. supra trecentimum. Hunc etiam Verrius Sp. F. Sp. N. appellat. Quintus C. Rutilus Consul fuit cum M. Papirio Mugillano anno CCCXLII. Sextus Sp. Nautius Sp. F. Sp. N. Rutilus, ut Verrius notat, Cos. fuit cum M. Popillio Læate anno CDXXXVII. Postremus C. Nautius in Consulatu, quem gessit anno CDLXVI. Collegam habuit M. Claudium Marcellum.

O C T A V I A.

OCTAVIOS Velitris ortos Romam a Tarquinio Prisco translatos, in Senatumque adscitos, a Ser. Tullio patricos factos esse Suetonius auctor est. Velitris vicum Octavium celebrem fuisse, & aram Octavio consecratam, qui belli cum finitimis dux Marti sacrificans nuntio accepto hostes adesse, sacrum imperfectum reliquit, hostesque vicit: ex quo decreto publico singulis annis exa Marti semicruda reddi, reliquias ad Octavios referri solitas fuisse dicebant. Romæ ad plebem translati Consu-

latus quinque, triumphum unum optinuerunt. Iterum a Casare Dictatore patricii facti sunt, ut sororis suæ nepoti, quem postea testamento adoptavit, gratificaretur. Is fuit C. Octavius C. F. C. N. C. Pron. C. Abn. qui postea C. *Julius C. F. Casar Octavianus Augustus* appellatus est. Primus populi suffragio magistratum adeptus est C. Octavius Rufus, cui Quæstorio, Cnæus, & Cajus filii nati sunt. Cnæus, & qui ab eo orti sunt, summos honores optinuerunt. Cajus ejusque liberi in equestri ordine permanserunt usque ad C. Octavium Augusti patrem, qui primus Senator fuit, & post Præturam Proconsule Macedoniam provinciam optime rexit. Primus Cn. Octavius Cn. F. Cn. N. ut Verrius ait, cum Propratore Kal. Decembr. anno DLXXXVI. triumphum navalem egisset ex Macedonia, & Rege Perse, biennio post cum T. Manlio Torquato Consul fuit. Hic postea missus ad Regem Antiochum cum Rex responsum dare differret, Regem, circulo facto circumscripsit virga, quam gerebat, & statim dare responsum coegit, quod ipsum ab aliis Cn. Popillio tribuitur, sed huic quidem certe in legatione mortuo statua in rostris ex Senatusconsulto posita est. Eidem in palatio domum præclare adificatam ad Consulatum suffragium attulisse Cicero scribit. Hunc existimo C. Rufi pronepotem fuisse. Hunc Festus ait porticum Octaviam fecisse theatro Pompeii proximam, quam combustam reficiendam curasse Casarem Augustum, eumque fuisse refert, Ædilem Curulem, Prætozem, Consulem, Decemvirum sacris faciundis, & Triumphalem. Alter Cn. Octavius superioris, ut creditur, filius Consul fuit cum T. Annio Lusco anno DCXXV. Tertius eodem prænomine infelicem Consulatum gessit cum L. Cornelio Cinna anno DCLXVI. nam licet seditione cum collega orta, cum ex urbe abrogato ei magistratu ejecerit, & in ejus locum successus fuerit L. Cornelius Merula Flamen Dialis: Cinna tamen cum C. Mario exule, magnoque exercitus advocato urbem ingressus est, & Octavium collegam, M. Antonium, L. & C. Casares occidi jussit. Merula quoque Dialis Cos. & Q. Catulus, & P. Crausus Marci divitis pater sibi manus intulerunt, ut crudeliorem mortem effugerent. Quartus Cn. Octavius M. F. Cn. N. proditur a Verrio, qui cum C. Scribonio Curione Consul fuit ann. DCLXXVII. Hunc magnos cruciatus fortiter pertulisse, cum omnes ejus artus ardere viderentur, Cicero lib. II. *de finibus* refert. Postremus L. Octavius Cn. F. Cn. N. anno proximo Consul fuit cum C. Aurelio Cotta. Apud Livium primus Prætor Cn. Octavius, qui anno proximo Ædilis plebis fuerat, Sardiniam provinciam optinuit ann. DXLVIII. navesque onerarias LXXX. Pœnorum cepit. Sed biennio post cum CC. onerariis; & XXX. longis navibus ex Sicilia in Africam traiciens adversa tempestate classem amisit. Hunc existimo patrem fuisse ejus, qui primus ex hac familia Consul factus est. Redeo nunc ad Augusti majores. Proavus Augusti secundo bello Punico stipendia in Sicilia Tribunus militum fecit Æmilio Papo Imperatore. Avus Velitris locuples consenuit, quidam argentarium fuisse dixerunt.

I.

II.

III.

IV.

V.

Pater, ut ex titulo ejus statuae didicimus, Tribunus militum fuit bis, Quæstor Ædilis plebis cum C. Toranio, quem tutorem filio suo reliquit, a quo Triumviro proscriptus est. Judex etiam quæstionum fuit, & Prætor, & Proconsule Imperator appellatus est ex provincia Macedonia Bellis, & Thracibus magno prælio fuis, fudit quoque in itinere fugitivos, qui agrum Turinum occuparant, quamobrem fortasse filio cognomen Turini, dum puer esset, hæsit, quamvis M. Antonius proavum ejus Restionem ex agro Turino libertinum exprobarer, eaque de causa identidem eum *Turinum* appellaret. *Restionis* cognomen Antiorum familiae fuit. Apud Dionem, & Xephilium *Cepias* non sine mendo scriptum cognomen Augusti est. Pater, dum ad petitionem Consulatus venit, Nolæ mortuus repentino est in eodem cubiculo, in quo postea Augustus filius, quem tum quadrimum reliquit anno DCXCIV. Uxores duas habuit Anchariam, ex qua Octavia major, & Attiam M. Attii Balbi, & Julæ C. Cæsaris postea Dictatoris fororis filiam, ex qua Octavia minor, & Augustus nati. Balbus paterna stirpe Aricinus ex senatoria familia, quam Vergilius ab Æneæ comitibus ortam significat illis versibus:

Alter Atys, genus unde Atti duxere Latini,

Parvus Atys pueroque puer dilectus Julio.

Maternum Balbi genus Cn. Pompejo magno propinquum fuit. De Octavia minore nihil accepimus. Octaviam majorem C. Marcellus duxit, ex qua tres liberos procreavit, & M. Marcellum generum Augusti, & filias duas. Mortuo Marcello M. Antonio Triumviro intra decem menses nupsit, & ex eo duas Antonias peperit. Major Neronis Augusti avia fuit, minor Tiberii Claudii Augusti mater C. Cæsaris Caligulæ avia, Neronis Augusti proavia. Octavia porticus theatro Marcelli proxima ab hac Octavia majori sorore Augusti facta est. Laudavit aviam Juliam mortuam Augustus annos natus duodecim, matrem Attiam amisit in primo consulatu viginti annos natus, Octaviam sororem post XXXIV. ann. Attia mater L. Marcio Philippo Consulari viro nupsit, ex quo liberos suscepit, ut Dion significat. Octavia quoque appellata est Tiberii Claudii Augusti, & Messallinæ filia Neronis Augusti uxor, a quo occisa est. Præter hos laudantur a Ciceroe in *Bruto* M. Octavius Ti. Gracchi in tribunatu plebis collega, qui dum perseveraret in intercessione adversus leges Sempronias, quas Gracchus ferebat, ei abrogatus est Tribunatus ann. DCXX. Alter M. Octavius Cn. F. qui tantum auctoritate, dicendoque valuit, ut idem scribit, ut legem Semproniam frumentariam C. Gracchi populi frequentis suffragiis abrogaverit. Cædes C. Gracchi post XII. annos fuit, quam Tiberii fratris Tribunatus & cædes. Sed eodem an alio anno hic M. Octavius eam legem abrogaverit, nobis incertum est. Tertius M. Octavius M. F. laudatur a Ciceroe, ut optimus Senator cum M. Catone patre & Q. Catulo filio. Sed & L. Octavius Balbus juris consultus Senator tam in *Verrinis*, cujus quæstionis in consilio fuit, quam etiã in *Cluentiana*, in qua tamen P. dicitur, maximis

Tom. VIII.

laudibus extollitur. Et in eisdem *Verrinis* M. Octavius Ligus *senator ornatissimus* dicitur loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, & copiis. Antiquissimus Octavius Mamilius Tusculanus, qui genus ab Ulyssis filio Tusculi conditore ducere se jactabat, Superbi Regis gener, a quo Mamilia gens Romæ orta. Sed mihi is *Octavus Mamilius* dicendus videtur, ut simile prænomen sit Quinto, & Sexto, & Decimo a numero liberorum; & ut ab illis *Quinctia*, *Sextia*, *Decia* ac *Decimia* familiae deducantur, sic ab *Octavo* prænomine *Octavia* gens est.

P A P I R I A.

PAPIRIA gens, quam veteres *Papiriam* vocabant, & patriciorum & plebejorum fuit. Patricii, quos Cicero minorum gentium fuisse testatur, his cognominibus distinguntur: Mugillani, Crassii, Curiores, Masones. Plebei Consulares Carboes tantum fuerunt, non Consulares alii, ut Turdi, Pæti, atque alii minus frequentes. Patricii multi insignes viri, & qui ab ipsis initiis libertatis ad annum DX XIII. annis trecentis fere clarissimi floruerunt. Plebei Carboes viri Seditiosi, & partium minus bonarum habiti sunt extremis temporibus Reipublicæ, quibus jam omnia bellis civilibus, & ambitione, ac domiandi cupiditate flagrabant. Antiquissima Papiriorum memoria est apud Pompeium, qui refert Sextum Papirium aut Publum, temporibus Superbi Tarquinii Regis leges Regias collegisse, eumque librum *ius Papirianum* a posteris appellatum. Sed & ab aliis, quo anno Reges exacti sunt, & C. Papirius Pontifex Maximus, & Manius Papirius Rex sacrorum primus appellatur: & post annos IX. M. Papirium item Pontificem Maximum Alconius, quem Livius *Q. Fusum Fusum* appellet. Mugillani tres Consulatus, & Tribunatus militares cum Consulari potestate totidem, & censuram consecuti sunt. Primus L. Papirius anno post Romam conditam CCCIX. cum L. Sempronio Atratino Consul suffectus fuit Tribunus Militum, qui eo anno primum cum Consulari potestate creati cœpti, quod vitio creati fore dicerentur. Censor anno proximo cum eodem factus est, quem veteres *Magistrum morum* dicebant, ut Consulem *Prætozem* prius, & postea *Judicem*, ac *Dictatorem Magistrum populi*. Hi primi Censores quinquennio fuerunt, lustrumque fecerunt undecimum. Id munus a Rege Ser. Tullio quater administratum, Sexties, a Consulibus fuit. Iterum Consul fuit cum C. Servilio Ahala ann. CCCXXVI. Cicero unius tantum Consulatus collega Atratino mentionem facit, eumque gessisse refert anno CCCXII. anteaque eosdem Censores simul fuisse, & ab hoc ad L. Papirium Crassum Dictatorem tredecim sellam curulem Papirios optinuisse. Hunc eundem invenio Interregem fuisse ann. CCCXXXIII. Alter L. Mugillanus Tribunus Militum fuit biennio ante eum annum, qui fortasse idem Interrex fuit. Tertius M. Mugillanus bis Tribunus Militum fuit annis XXXV. & XXXVII. supra trecentellimum, & Consul quinquennio post Tribunatum posteriorem cum C. Nautio Rutilo. Occisus est urbis a Gallis captæ ann. CCCLXIII.

P p

cum

II.

III.

cum in Sella curuli sedenti Gallis barbam prius demulcere cœpisset, isque Scipione eburneo Gallum percussisset. Hunc Manium Papirium Plutarchus appellare videtur, licet mendose *Marius* scriptum sit. Crassi novem sunt consecuti quinque Consulatus, Tribunatus Militares quattuor, Dictaturas duas, Censuras, & Magisteria equitum totidem.

II. I. Primus Marcus sive Manius Papirius Cos. fuit cum C. Fusio Pacilo ann. CCCXII. Sequitur L. Crassus bis Consul, & Cenfor, priorem Consulatum gessit cum M. Cornelio Maluginensi quinquennio post superiorem, & post quinquenium alterum otiosum posteriorem gessit cum L. Julio Iulo. Cenfor fuit anno CCCXXXV. Iustrumque fecit XIV. ejus collega incertus est. Hunc superioris filium fuisse ex fragmentis Verrii suspicantur. Tertius C. Crassus Tribunus Militum fuit cum Consulari potestate anno CCCLXIX. quo & M. Manlius Capitolinus necatus est, & Aristoteles philosophus natus, ut Gellius affirmat. Quartus biennio post Tribunus etiam militum fuit Sp. Crassus cum L. Papirio Crasso. Hos sequitur alius L. Crassus Sp. F. C. N. a Verrio Flacco dictus, ut Spurii Crassi filium, Cati Crassi nepotem, de quibus paullo ante diximus, fuisse suspicemur. Hic Tribunus militum fuit ann. CCCLXXXIV. Ventum est ad illum L. Papirium Crassum, qui primus est *Papirius* vocari desitus, ut Cicero testatur. Hunc L. F. M. N. Verrius appellat, illius fortasse L. Crassi filius fuit, quem quinto loco retulimus. Hic & Dictator, & Magister equitum & Cenfor & bis Consul fuit. Nam cum Prætor esset anno CDXIII. Dictator rei gerundæ causa factus. Magistrum equitum dixit L. Papirium Cursorem, de quo paullo post agemus: quadriennio post Consul fuit K. Dullio iterumque cum L. Plautio Venone post sex annos, & Cenfor anno CDXXXV. cum C. Manio, Iustrum fecerunt XXV. tunc Oufentina, & Falerna tribus auctæ, & Mæniana ædificia ab Mænio Cenfore nomen acceperunt. Is enim primus in foro ultra columnas tigna proiici jussit, ut superiora spectacula ampliora fierent. Magister equitum fuit suffectus Q. Fabio Rulliano, cui imperium abrogavit L. Papirius Cursor Dictator, propterea quod pugnam adversus Samnites commiserit contra ejus imperium eo absente, quamvis vicerit. Erat is annus CDXXVIII. & annum proximum idem Dictator, & Magister equitum sine Consulibus egerunt. Eisdem temporibus M. Crassus Dictator rei gerundæ causa Magistrum equitum dixit P. Valerium Publicolam ann. CDXXI. Postremus L. Papirius, qui a Verrio T. Manlio Dictatori Magister equitum fuit anno CDXXXIII. comitorum, ut credimus, causa. Hunc tamen Crassum fuisse, & L. F. L. N. nobis incertum est.

III. Mugillanos, & Crassos Cursores sequuntur. Hi quattuor fuerunt, Dictaturis, & Magisteriis equitum duobus Consulatus septem, Tribunatibus militaribus tribus, Censuris duabus, & triumphis quinque honorati. Primus L. Papirius Cenfor cum C. Julio Iulo, & eo mortuo cum M. Cornelio Maluginensi anno CCCLXI. Iustrum intra XVIII. menses fecerunt septimum decimum. Sed cum biennio post urbs capta fuisset, religioni fuit

Cenfori mortuo alterum sufficere, quod a suffecto Iustrum conditum ita infelix tunc fuisset, quasi vero id Galli expectassent, ut ante Alliensem pugnam id Iustrum conderetur. Sic etiam dies atrifuerunt omnibus rebus agendis postridie Kalendas, Nonas, & Idus, quod Alliensis pugna cum Gallis postridie Idus Quinctiles commissa foret. In tantis tenebris gens illa versabatur. Sed ad L. Crassum redeo. Tribunus militum bis idem fuit anno CCCLXVI. & LXVIII. Quinquennio post Sp. Fusio, quem patrem L. Cursoris quinquies Consulibus esse suspicantur. Quod non reiicio. Is enim Sp. F. L. N. teste Verrio fuit. Idem Dictator bis, ter triumphalis, & Magister equitum fuit, fortissimus vir, & veteris disciplinæ severus observator, quem non dubitat Titus Livius Alexandro Magno, qui eodem tempore vixit, conferre, excepta singulari illa felicitate, & regni fastigio. Sed magnis scriptoribus omnia licent, dum patriam præsertim exornant. Magistrum equitum fuisse L. Papirio Crasso Dictatori ann. CDXIII. antea diximus Prætorum fuisse existimo ann. CDXXI. ejusque lege Acerranis civitatem esse datam sine suffragio: post annos deinde sex Consul fuit cum C. Pœtelio Libone Visolo: iterum anno deinde proximo Dictator rei gerundæ causa duos Magistros equitum habuit insignes viros Q. Fabium Rullianum, & L. Papirium Crassum, qui antea Dictatori Magister equitum fuerat. In Fabium iratus, quod absente eo, & interdicente proelium commiserat, more majorum animadvertere voluit, exercitu primum, deinde Senatu veniam impetrante vix cessit. Annum sine Consulibus alterum in Dictatura exegit, & tertio Nonas Martias ann. CDXXXIX. de Samnitibus triumphum egit. Triennio mox interjecto biennium iterum, & tertio Consul fuit cum Q. Publilio Philone III. & cum Q. Aulio Cerretano II. Collegiis: iterumque de Samnitibus Consul tertium X. Kal. Sept. ann. CDXXXIV. triumphat. Quadriennio post cum eodem Philone quartum Consulatum gessit. Collega item quartum Consule, quod tum primum visum est, neque umquam alias, ut opinor, vigente Republica accidit. In quinto Consulatu collegam habuit C. Junium Bubulcum Brutum II. inter quintum, & quartum consulatum annus tantum interjacet. Mox quadriennio post iterum Dictator eundem C. Bubulcum iterum Magistrum equitum habuit, is etiam annus Consulibus canuit, & tertio triumphum egit de eisdem Samnitibus Idibus Octobris ann. CDXLIV. Hujus filius L. Papirius L. F. Sp. N. Cursor Magister equitum fuisse dicitur L. Cornelio Lentulo Dictatori rei gerundæ causa an. CDXXXIII. & Consul post XXVII. annos cum Sp. Carvilio Maximo de Samnitibus triumphum egit Idibus Febr. ann. CDLX. Hic ædem Quirini, quam pater voverat, dedicavit, & hostium spoliis exornavit, & in ea Solarium horologium tunc primum Romæ visum statuit. Prætor anno proximo post Consulatum fuit, ut Livius testatur, qui Sp. Papirii fratris consulis filii mentionem facit, dum de ementitis auspiciis in proelio renuntiatis commemorat: Cenfor cum Manio Curio Dentato fuit, ut Frontinus refert, sed quo anno incertum est; sunt, qui putent ann. CDLXV. Iustrum-

II.

III.

IV.

strumque fecisse XXXI. iterum Consul cum Sp. Carvilio II. post XVI. iterum triumphum egit de Tarentineis, Lucaneis, Samnitibus, Bruttieisque. *Cursoris* cognomen Livius L. Papirium patrem velocitate curius affectum testatur, sed nos majoribus hæsisse animadvertimus. Masones multos fuisse post L. Masonem Ædilicium Cicero auctor est, nos unum Consularem agnoscimus C. Papirium C. F. L. N. collegam M. Pomponii Mathonis, qui de Corseis Cos. III. Nonas Martias ann. DXII. in monte Albano primus suis sumptibus myrtea corona cinctus triumphum egit. Huac existimo Pontificem minorem mortuum fuisse ann. DXL. quo etiam anno C. Maso L. F. Decemvir sacrorum mortuus est. Hic post triumphum fonti delubrum dedicavit, ut Cicero lib. III. *de natura Deorum* refert. Hujus cognominis origo mihi incerta est. Sed arbitror *Masones* quasi *Mansones* dictos a *mandendo* ut *edones*, *comedones*, *gulones*, *epulones*: fieri etiam potest, ut *amari* dicantur, quod male fortasse dictum prius, ut *asa* pro *ara*, *eso* pro *ero*, & *Fusii*, *Valesii*, *Papisiis* pro *Papiriis* *Valeriis* *Furiis*. Inde etiam P. Vergilii cognomen *Maro*, quod alios optinuisse non memini. Maximum ornamentum accessit huic familiæ, cum Papiria hujus C. Masonis filia L. Æmilio Paulo ter triumphali nupsit, quorum filii duo, filia tres fuerunt, filii Cornelie, & Fabie familiis per adoptionem inserti sunt. Namque P. Cornelius Scipio Æmilianus, postea Africanus minor alter est, alter Q. Fabius Maximus Æmilianus. Filias in Æmilia retulimus. Apud Livium invenio L. Masonem Prætorem urbanum fuisse anno DLXXVII. Carbones, quos solos plebejos Consulares libertatis Reip. tempore invenimus, tres tantum fuerunt.

I. Primus C. Carbo vir maximi ingenii, & eloquentiæ Tribunus plebis fuit anno DCXXXIII. legem promulgavit de Tribunis rescindendis, quam dissuasit minor Africanus, & C. Lælius, qui optinuerunt, ne lex reciperetur. Sed Africanus anno proximo mortuus domi suæ inventus est, non sine suspitione dolo malo Carbonis interemptum. Legem tabellariam pertulit de jubendis legibus, ac verandis, & Triumvir agris dividendis cum C. Graccho, & Fulvio Flacco fuit. Consul mox cum P. Manilio ann. DCXXXIII. L. Opimium interfectorem C. Gracchi Consul defendit. Ita varius, & inconstans fuit, ut modo popularis, modo in partibus optimantium esse diceretur. Sed & a L. Licinio Crasso maximo oratore tunc annos novum & viginti accusatus est proximo anno post Consulatum, & cantharidas sumpsisse Cicero refert, ne damnaretur. Hujus filius C. Carbo in Galliam profectus, ut specularetur, quæ L. Crassus perperam in provincia ageret, magno tamen ille animo inimici filio locum in tribunali assignavit, & nihil, nisi eo in consilium adhibito decrevit. Alter Consularis Cn. Carbo fuit collega C. Metelli Caprarii ann. DCXL. Is a Ximbris cum exercitu sulus, fugatus est. Tertius ter Consul fuit collega L. Cornelii Cinnæ in tertio, & quarto Consulatu, & C. Marii Caii septies Consul filii, cum enim morte C. Marii patris L. Cinnæ Consul iterum in urbe ann. DCLXVII. tyrannidem exerceret, in

proximum annum se, & Cn. Carbonem Consules designavit, cumque anno vertente Consules creari oporteret, eisdem Consules edidit. Sed cum is quartum Consul ab exercitu fuisset occisus, solus Cn. Carbo nullo suffecto collega Consulatum gessit. Tertium postea Consulatum anno interjecto cum C. Mario, ut diximus, iniit. Sed adventu Syllæ hostis Italiam deserere coactus est, & persequente Cn. Pompejo Lilybæi in Sicilia occisus Consul est in secreto, turpique loco, dum ventrem exonerare se simulat, ut vitam prorogaret: eodem anno Consul fratrem C. Carbonem Prætorium L. Licinius Damasippus jussu C. Marii Cos. interim curavit. Hos fratres Cn. filios, C. nepotes fuisse Verrius auctor est. Patrem a M. Antonio maximo illo oratore accusatum tutorio atramento absolutum Cicero in Epistula ad L. Papirium Patrum scribit. In eadem tres fratres enumerantur Cæjus, Cnæus, & Marcus Carbones: ex his Marcum repetundarum redeuntem ex Sicilia a P. Flacco accusatum, Cæjum a L. Crasso ut antea scripsimus: Cnæum existimo non eum esse, quem Cn. Pompejus interfecit, sed quem M. Antonius accusavit, & fortasse is est, quem fuscum a Cimbris Consularem diximus, ut illi duo Consulares C. & Cn. fuerunt C. filii, & ex Cn. alter Cn. ter Consul natus sit. Alii quoque Carbones enumerantur a Cicerone nobis ignoti, Cn. Carbo, & frater ejus scurra, & Rubriæ filius, qui tunc vivebat, atque amicus ejus erat. Omnes contemnedos esse judicat, neminemque laudari posse præter eum, quem Damasippus occiderit. In *Verrinis* C. Verrem Quæstorem Cn. Carbonis ter Consul fuisse, eumque Arimini deseruisse, & ad Syllam transisse criminatur. Ante hos omnes C. Carbo Prætor Sardiniam provinciam optinuit ann. DLXXXV. cujus filius, aut nepos fortasse, is est, qui primus ex hac familia Consul a nobis commemoratur. Aliorum Papiriorum ex plebe antiqua memoria extat, ut L. Papirii sceneratoris, cujus cognomen vel nullum fuit, vel dedita opera ab historicis omissam est. Is in C. Publilium nexum a patre ob æs alienum verbera admonuit: quamobrem lege cautum est, ne postea verberentur anno post Romam conditam CDXXVII. & ante sex & viginti annos, Quinquemvirum mensalem M. Papirium creatum invenio, cumque tres collegæ plebei fuerint, unus Æmilii, qui patricius esse potuit, incertum est, an is quoque plebejus fuerit. Papiriam tribum rusticam fuisse certum est, causam nominis ignotam. *Vapula Papiria* vetus proverbium cur diceretur, a Festo discere poteris. Sub Cæsaribus tres tantum Consules invenio Papirios Ælianos. Primus cum M. Eggio Marullo N. Papirius Cos. fuit ann. CMXXXVI. Alter Ælianus triennio post cum Julio Crispino, quem Papirium fuisse incertum est. Hi duo temporibus Commodi Imp. Tertius sub Alexandro cum Maximo Consul fuit ann. CMLXXVI. Sed hic quoque incertus est.

P I N A R I A.

PINARIÆ gentis originis duplex est fama: alii eos ante urbem conditam hospites Herculis fuisse, & ab eo cum Pontis, qui in sacrificiis sunt prælati

- Pinariis, sacerdotes constitutos; cum ad aram, quæ postea *maxima* dicta est, decimam bouum, quos ex Hispania attulerat, sacrificasset: alii a Pino Numæ Regis filio ortos. Patricios fuisse constat cognomento Mamercinos, Rufos, & Nattas. Ex quibus duo tantum Consules fuerunt, unus Tribunus militum Consulari potestate, unus quoque Magister equitum fuit. Primus P. Rufus cum C. Julio Julo Consul fuit anno post Romam conditam CCLXIV.
- I. Hunc etiam *Mamercinum* quidam appellant. Alter L. Rufus Mamercinus Cos. fuit ann. CCLXXXI. cum P. Fusio Fusio Medullino. Hunc superioris filium fuisse credibile est.
 - III. Tertius eisdem nominibus Tribunus militum fuit ann. CCCXXI. cum L. Fusio Medullino & Sp. Postumio Albo Regillensi.
 - IV. Quartus L. Natta Magister equitum fuit L. Manlio Capitolino Imperioso Dictatori clavi figendi causa ann. CCCXC. Post XIV. annos L. Pinarium Prætozem fuisse inuenio, cujus cognomen ignoramus: & ann. DLXXII. M. Pinarius Posca Prætor Sardiniam optinuit, & in ea hostes vicit & ann. DXXXIX. L. Pinarius in Sicilia præfectus a M. Marcello Cos. Ennæ urbi, ne Carthaginensibus proderetur, oppidanos a militibus trucidari curavit. Denique apud Ciceronem L. Pinarius Natta Pontifex frater uxoris P. Clodii Pulchri auctor fuit adoptionis a P. Fontejo facta ejusdem Pulchri, ut Tribunus plebis creari posset. Eundem privignum fuisse ait L. Licinii Murenæ Consularis.

P L A U T I A.

- PLAUTIA gens plebeja quidam fuit, sed Consularibus octo, triumphis duobus, Censura, & Magisterio equitum ante Augustum ornata: cognomina hæc habuit: Proculus, Venno, Venox, Decianus, Hypsæus, Silvanus. Primus C. Proculus, quem P. F. P. N. appellat M. Verrius, ann. urbis CCCXCV. Consul fuit cum C. Fabio Ambusto: & Idibus Maii triumphum egit de Herniceis: biennio post Magister equitum fuit C. Marcio Rutilo primo plebejo Dictatori rei gerundæ causa, qui de Tusceis tunc egit triumphum. Alter C. Plautius cum T. Manlio Torquato Consul fuit ann. CDVI. quem *Vennonem*, sive *Venocem* appellant nonnulli. Sed Flaccus Verrius, & Frontinus *Venocis* cognomen postea Censori impositum esse affirmant. Iterum Consul fuit sexto postea anno cum L. Aimilio Mamercino. Tertius L. Venno L. Papirii Crassi in secundo Consulatu Collega fuit anno CDXXIII. tum domus diruta M. Vitruvii Vacci Fundani in Palatio, quod cum Fundanis & Privernatibus conjurasset: id solum postea *Vacci præta* dixerunt. Quartus anno proximo Consul C. Plautius P. F. P. N. Decianus Hypsæus cum L. Aimilio Mamercino secundo, de quo paulo ante diximus, quinque in hoc honore *Privernas* appellatus est. Ambo autem Consules Kalend. Martiis de Privernatibus triumpharunt. *Hypsæi* cognomen Verrius omisit, ex denariis his litteris signatis nos addidimus. C. YPSÆ. COS. PRIV. CEPIT. & in aliis C. HVPSÆ. COS. PREIV. CAPTUM, quibus significatur Cajus *Hypsæus* Consul Privernum cepit: & Cajo Hypsæo Con-

sule Preivernum captum. *Deciani* cognomen ostendit hunc adoptione ex Decis ad Plautios pervenisse, sed cum prænomine a patre distinguatur; hic enim *Cajus*, ille *Publius* dicitur: suspicor *Deciani* cognomen fuisse hereditarium, & patrem potius, qui eodem prænomine est cum avo, adoptatum fuisse. Omnes enim adoptivos filios eo tempore adoptantis prænomen, & nomen accepisse novimus. Fuit eisdem temporibus P. Decius Q. F. Mus Collega T. Manlii Torquati in tertio Consulatu anno quadringentesimodecimo tertio: is qui primus se devovit pro Republ. Romana. Sequitur C. Plautius C. F. C. N. qui Censor cum App. Claudio Cæco fuit anno quadringentesimoquadragessimoprimo, & propter venas aquarum ab eo repertas, aqua quidem *Appia* sive *Claudia* dicta est. Plautius autem *Venox*. Hic a collega deceptus est, nam cum finxisset se velle post decem & octo menses abstinere munere Censuræ, ut ceteros Censores, post abdicationem Plautii variis artibus usus Appius viam Appiam, & aquæductum perfecit. Consul Plautius hic *Venox* fuerat anno quadringentesimovigesimoquineto cum P. Cornelio Scapula Scipione. Sunt qui *Venocem* antea cognomento Proculum dictum fuisse contendunt, & prænomine *Publium*, nos Verrii censuram secuti sumus. Ex his apparet tres Plautios tribus continuis annis Consulatam optinuisse nemine alio plebejo interjecto L. Vennonem, C. Decianum, & C. Venocem. Sextus Consularis L. Venno fuit, quem Verrius L. F. L. N. appellat, ejusque Collegam M. Foslium C. F. Flaccinatorem anno quadringentesimotrigesimoquineto. Postremus M. Hypsæus Consul fuit cum M. Fulvio Flacco anno sexcentesi novigesimo octavo longo quidem certe a superioribus intervallo. Medio tempore inuenio Lucium Plautium Hypsæum Prætozem Hispaniam citeriorem optinuisse anno quingentesimosexagesimoquarto. Postea vero anno urbis septingentesimo P. Plautius Hypsæus cum T. Annio Milone Q. Metello Scipione Consulatam tanta contentione petiisse traditur, ut in alterum annum comitia consularia fuerint dilata, quoad P. Clodius Pulcher, qui tum etiam Prætozem petebat, & Hypsæo favebat, a Milone occisus decimo tertio Kal. Feb. causam dedit, ut Cn. Pompejus solus ex S. C. ab Interrege V. Kal. crearetur: ejus Quæstor idem Hypsæus fuerat, eique in petitione favebat, sed damnato Milone Scipionem socerum collegam Kal. Sextil. accepit. Sub Cæsaribus quinque Silvanos Plautios Consulares fuisse video, quorum unus bis Consul duo triumphalia ornamenta assecuti sunt. Primus M. Plautius M. F. A. N. septemvir Epulonum in Consulatu Collega fuit Imperatoris Augusti in decimo tertio Consulatu anno urbis DCCLI. quo anno Salus generi humani nato Christo Domino exorta est, in titulo cujusdam monumenti hujus M. Silvani in Tiburtino agro reperio, quem Lartia Cn. F. uxor, & A. Plautius M. F. Urgulanius posuerunt, adjectum est. Huic Senatus triumphalia ornamenta decrevit ob res in Illyrico bene gestas. Id optinuisse creditur ann. DCCLXI. Ejus filium eundem illum A. Plautium fuisse arbitror, cui

V.

VI.

VII.

I.

- cui ovationem Tiberius Claudius Imperator decrevit ex Britannio redeunti anno plus minus DCCXCVIII. Apud Tacitum eisdem temporibus invenio Plautium Silvanum Prætozem anno DCCLXXVI. accusatum apud Ti. Cæsarem a L. Apronio socero, quod uxorem Aproniam præcipitem egisset, atque ita interemisset, eique Urgulianiam aviam pugionem misisse, quæ ob amicitiam Livie Augustæ plurimum eo tempore poterat, Plautium frustra ferro temptato venas excidendas præbuisse. Eius priorem uxorem Numantiam, quod veneficiis ei mentem abstulisset, accusatam absolutam fuisse. Alter Consularis Ti. Plautius M. F. M. N. Silvanus Ælianus bis Consul fuit. Priori Consulatu suffectus ex Kal. Martiis ann. DCCXCIX. sub Ti. Claudio Imperatore posteriori ex Kal. Julii suffectus cum Domitiano Cæsare sub Vespasiano post annos vigesimumnonum quamvis non satis certa sint utriusque temporis consulatus testimonia. Hunc superioris M. Silvani filium fuisse credimus, extatque titulus, etiam in agro Tiburtino alterius monumenti, ex quo apparet hunc in Præfectura urbis iterum Consulem a Vespasiano Imperatore factum esse. Sed & Pontificem fuisse, & sodalem Augustalem, & Triumvirum Monetalem, Quæstoremque Ti. Cæsaris, legatum legionis quintæ in Germania, legatum, & comitem Claudii Cæsaris in Britannia, Proconsulem Asiæ, legatum propratore Mœsiæ, & post alia ab eo gesta ita scriptum est: „ Hunc legatum in Hispaniam ad Præfecturam urbis remissum Senatus in Præfectura triumphalibus ornamentis honoravit auctore Imp. Cæsare Augusto Vespasiano verbis ex oratione ejus Q. I. S. S. hoc est, quæ infrascripta sunt. Mœsiæ ita præfuit, ut non debuerit a me differri honor triumphalium ejus ornamentorum “. Tertius M. Silvanus, qui cum M. Salvio Othone, qui postea imperium tenuit, ex Kal. Julii suffectus est anno octingentesimovigesimo sub Ser. Galba Imp. Quartus M. Silvanus cum M. Annio Vero Pollione anno octingentesimotriciesimotertio sub Tito Vespasiani F. Consul fuit. Quintus, cujus prænomen ignoramus, Consul fuit cum Sentio Augurino anno CMVIII. sub Pio Aug. Præter hos invenio P. Plautium Pulchrum Plautiæ Herculaniæ uxoris Ti. Claudii Imp. fuisse Triumphalis viri filium, & ab eodem Claudio Censore inter patricos lectum, eundem Augurem, Triumvirum Monetalem, & Quæstorem Ti. Cæsaris Augusti quinto consulatu. Plautia Drusum, & Claudiam ex Claudio peperit, mox ab eo repudiata multa adversus eam criminato. Filiam ante quintum mensem divortii natam, alique jam cœptam exponi ante matris januam nudam jussit, cum a Liberto suo Botere conceptam diceret. Drusus puer ludens a pyro strangulatus est. Antiquior his Plautius Rufus, qui in iis, qui adversus Augustum conjurarunt, enumeratur. Consularem quoque sub Tiberio Cæsare invenio. Q. Plautium Q. F. Lælianum, qui anno urbis DCCLXXXVIII. post Christi mortem anno tertio Consul fuit cum Sex. Papinio Q. F. Gallieno. Sub Nerone autem Plautius Lateranus Consul suf-

fectus occisus est ann. DCCCXVII. Ab eodem Nerone An. Plautius nobilis puer, quod a matre Agrippina diligeretur, & injuria affectus, & occisus est. Denique duos Plautios Quintillos Consulares fuisse constat, alterum sub Pio Augusto cum Statio Prisco ann. CMXI. alterum sub Marco, & Commodo post annos XVIII. cum eodem Commodo Imp. quem etiam Augurem fuisse affirmant. Ad extremum addam Plautillam Augustam M. Aurelii Antonini Severi filii Augusti uxorem. Plautiani Præfecti Prætorio, & bis ter Consulibus, qui multum Severi temporibus potuit, filiam fuisse, sed a genero socer, & a viro uxor, & frater uxoris Plautus occisi sunt. Aferis fuit sordidis natalibus ut Severus Imperator ejus vel propinquus, vel municeps, & a pueritia carus. *Plautiorum* nomen, ut aliarum quarundam familiarum a cognomine *Plauto* ductum est, sic *Planciorum* a *Planco*, *Variorum* a *Varo*, *Juliorum* ab *Julio*. *Plauti* autem sive *Ploti* dicebantur, qui planis supramodum pedibus essent, quamobrem M. Attius Sarsinas Ueber, cujus extant comediæ initio *Plotus*, postea *Plautus* appellatus est. Hinc etiam Plotii dicti sunt, qui a *Plautiis* non distinguuntur, ut nec a *Claudiis Clodii*. Sic *Paula Polla*, & *aula olla*, & *plaustrum plostrum*, unde *plostellum* dicitur. Cn. Plotii Planci proscripti a Triumviris Lepido, Antonio, & Octaviano, a Paterculo mentio fit, cujus frater L. Munatius Plancus Cos. triumphum egit de Galleis cum M. Æmilio Lepido II. ann. DCCXI. cumque diceretur uterque Consul fratrem proscribendum curasse, celebratum est a militibus carmen non infacetum *De Germaneis*, non *de Galleis*, duo triumphant Consules. Hunc proscriptum odore unguenti detectum fuisse ferunt, cumque ejus servi torquerentur, ut indicarent dominum, & pernegarent, non passum fervorum fidelium cruciatus, & se jugulandum militibus obrulisse. Est etiam celebris duorum Plautiorum erga conjuges amor, M. Plautii, qui cum a Senatu jussus esset classem sociorum sexaginta navium in Asiam ducere, & Tarentum cum uxore Orestilla venisset, uxore illic defuncta cum eam in rogam imponitram osculator, stricto ferro se ipsum interemit. Et ambo combusti conjuges simul sunt, sepulchrumque amantium id a Tarentinis postea fuit appellatum. Necnon C. Plautii Numidæ, qui morte uxoris audita, pectus gladio transfixit, cumque a domesticis curaretur, ruptis fasciis, & discisso vulnere periit. Laudandus quidem utriusque amor, sed præter modum uterque dolore vexatus est.

P O M P E J A.

POMPEJA gens plebeja, ex qua nemo ante annum sexcentesium duodecimum Consulatum fuerat adeptus, postea Consulatus sex, triumphos quattuor, Censuram unam consecuta clarissima extitit. Eum Cn. Pompejus cognomento *Magnus* præstantissimus vir totius civitatis Romanæ illustriorem reddidit, quem libertatis unicum assertorem ac vindicem respublica habuit adversus C. Cæsaris potentiam nimis excrecentem, & qua superatus cum ipsa libertate extinctus est. Primus Q. I. Pom-

Pompejus, quem quidam *Rufum*, alii *Aufidium*, alii *A. F.* appellant, obscuris parentibus natus, tibicinem patrem ei exprobrabant inimici, Consulatum adversus conatum Africani minoris, qui *C. Lælio amico* suffragabatur, adeptus est cum *Cn. Servilio Capione* anno superscripto. In Hispania victis *Thermestinis*, sive *Termantinis* cum eisdem, & *Numantinis* iniquum foedus iniit. Censor fuit cum *Q. Metello Macedonico* ann. DCXXII. Lustrum fecerunt ambo tum primum Censores plebei LIX. Multum dicendo potuit, & inimicitias cum clarissimis viris *Capionibus* & *Metellis* gessit: ejus orationes ut plenas prudentiæ *Cicero* laudat: ejus ex filia nepos fuit *C. Sicinius*, qui *Quæstorius* mortuus est, & aliquem locum in patronorum numero tenuit. Sunt, qui putant *Q. Pompejum Q. F. Rufum*, qui Consul cum *L. Cornelio Sulla* fuit ann. DCLXV. illius Consularis, & Censorii filium fuisse. Id nobis incertum est: certum vero ejus filium *Q. Rufum* duxisse *Corneliam L. Sullæ* alterius Consulis filiam, ex qua *Q. Rufum*, & *Pompejam C. Cæsaris C. F.* uxorem suscepit. Sed gener *Sullæ* eodem anno a *C. Mario*, & ipse *Rufus* Consul ab exercitu *Cn. Pompeii Strabonis*, quem invito Senatu optinebat, in sacrificio occisus est. *Pompejam* *Cæsar* dimisit, cum comperisset *P. Clodium Pulchrum* domi suæ muliebri veste deprehensum, dum sacra *Bonæ* deæ in ejus domo fierent. Testis in *Clodium* productus dixit se nihil scire, & divortium fecisse, quod uxorem *Cæsaris* suspicionibus non minus, quam criminibus carere oporteret. De *Cn. Strabone* patre *Cn. Magni* nunc dicendum est.

III. Hunc *Verrius Flaccus Sex. F. Cn. N.* appellat. Ejus frater *Sextus* & ut juris peritissimus, & ut optimus philosophus laudatur *Stoicæ* disciplinæ & *Geometriæ* scientiæ deditus. Prænomen patris simile ostendit majorem fuisse *Strabone* fratre: honoribus videtur prætulisse earum rerum, quas diximus, scientiam. *Strabo* bello *Marsico* Prætor a *Picentibus* victus, mox Consul eosdem aliosque vicit VI. Kal. Jan. ann. DCLXIV. de *Asculaneis Picentibus* triumphū egit: ejus collega fuit *L. Porcius Cato*, qui in proelio occisus est. *Multæ Transpadanæ* *Coloniarum* ab eodem deductæ sunt, quibus jus *Latii* dedit, ut qui in eis magistratus gererent, jus civitatis *Romanæ* adipiscerentur. Biennio post Consulatum bello civili *Octaviano*, dum utramque partem fovet, utrisque in visus fulmine ictus interiit. Ex *Lucilia* uxore *Senatoria* familia orta, fratre *C. Lucillii* poetæ, cujus *Satyræ* veteribus placuerunt, nata *Cn. Pompejum*, & *Pompejam C. Memmii* uxorem suscepit. *C. Memmius Quæstorius* vir *C. Memmii* Tribuni plebis procreavit, qui ex *Fausta Sullæ* *Dictatoris* filia tertium. *C. Memmii* suscepit, cujus in oratione *pro Scauro* ab *Asconio* fit mentio. *Cn. Pompejus* annos natus tres & viginti *Sullanas* partes secutus, exercitu privato consilio ex agro *Piceno* propter paternas clientelas ei addicto coacto, ad *Sullam* redeuntem in *Italiam* venit, a quo magno honore susceptus est. Ei enim soli ex equo descendere, caput aperire, & assurgere solitus, cum omnes *Marianos* ex *Italia* profligasset, ut reliquias persequeretur, in *Siciliam* advertus *Cn. Carbonem* Consulem, in *Africam* adversus *Cn. Domitium*

Ahenobarbum, in *Galliam Togatam* adversus *M. Brutum Bruti Capionis* patrem, & postea in *Hispaniam* contra *Q. Sertorium*, & *M. Perpernam* misit. Hos omnes vicit, & interfici curavit. *Triumphum* bis eques *Romanus* egit, nullo prius honore publico suscepto a populo, ex *Africa* de *Hiarba* *Mauretianæ* Rege ann. DCLXXII. & decennio post ex *Hispania* pridie Kal. Jan. Consul designatus in proximum annum cum *M. Licinio Crasso*: eodem tempore *Tribuniciam* potestatem a *L. Sulla* *Dictatore* deminutam restituit, hoc est ut concilium habere, & plebem rogare *Tribunus plebis* posset: *Sulla* enim intercedendi tantum potestatem reliquerat. Post Consulatum in *Asiam* profectus *Mithradatem*, & *Tigranem* Reges domuit, multasque barbaras nationes subegit: de quibus omnibus & de piratis biduo triumphavit tertio & pridie Kalend. Octob. decennio post alterum triumphum, hoc est anno DCXCII. pridie & die natalis sui. Sexto deinde anno iterum Consul cum eodem *M. Crasso* collega fuit. Tertium Consulatum sine collega occiso *P. Clodio* a *T. Annio Milone*, novo more a Senatu accepit, V. Kal. Mart. ann. DCCII. sed Kal. Sextilibus *Q. Metellum Scipionem* socerum collegam habuit. Hujus filia uxor ejus quinta fuit nomine *Cornelia*, quæ prius *P. Crasso* *M. Crassi* collegæ ejus filio nupserat. Duxit adulescens *Antistiam P. Antistii* viri prætorii filiam, & *Calpurniæ L. Bestiæ* filiæ. Hanc duxit ut socio gratificaretur, qui de magna re pecuniaria ejus judex erat: peculatus enim, sive de residuis accusatus fuisse dicitur propter patris rapinas eo mortuo, & defensus a *Q. Hortensio*. Absoluto eo plerique adulescentes *Thalassium* acclamaverunt, ut in nuptiis tunc solebat. *Antistiam* dimittere coactus est, ut *Sullæ* privignam ex altero viro gravidam duceret *Æmiliam M. Scauri* principis Senatus filiam, & *Metellæ* uxoris *Sullæ* *Dictatoris* parentes *Antistia* tragœdiæ argumentum fuerunt: namque patrem *L. Licinius Damasippus* occidi iussit. *Calpurnia* audita viri cæde, & divortio filiæ se ipsam interemit: neque *Æmilia* diu læta his nuptiis fuit, sed ex abortu periit. *Mucia Tertia* *Scævolæ*, cujus prænomen ignoramus, filia successit, ex qua *Magnus* liberos procreavit, sed eam ut parum pudicam etiam dimisit, quam duxit *M. Scaurus* vir prætorius *Æmiliæ* alterius uxoris frater. Quarta uxor *Julia* fuit *C. Cæsaris* tunc Consulis filia ex *Cornelia Cinnæ* quater Consulis filia, quam *Servilio Capioni* collocatam abstulit pater. Hæc dum vixit, vinculum conjunctionis inter *Cæsarem*, & *Pompejum* fuit, quo sublato morte *Julia* ex abortu, & mox filia formidabilis *Cæsar Pompejo* effectus est. Is quoque dum timet damnationem, se non solum tutari, sed etiam armis arreptis imperare civibus conatus est. Multa tunc *Pompejum* fefellerunt, neque enim creditur ausurum *Cæsarem* cum exercitu in *Italiam* venire, & majori exercitu putavit se oppressurum ejus conatus. Cum ea mira *Cæsaris* celeritate fuissent occupata, ex *Italia* cum magistratibus profusus magnam ex provinciis manum coegit. Victus tandem est ann. DCCIV. in acie *Pharfalica*, & in *Ægyptum* fugiens, ut *Ptolemæi* auxiliis bellum repararet, a *Satellitibus Regis* occisus die proximo post

post ejus natalem annos natus unde sexaginta in oculis uxoris Corneliæ, & alterius filii. Caput, & anulus in quo sculptus leo gladium tenens, ut Plutarchus ait, sive tria tropæa, ut Dion prodit, Cæsari dati sunt: is collacrymans percussores occidi iussit, Filios reliquit Cn. & Sex. & Pompejam L. Cornelii Felicis filii Fausti uxorem. Cnæus, ut arbitror, Appii Pulchri Consularis & Censorii viri filiam duxit, Sextus Scriboniam L. Libonis filiam, cujus Libonis soror Augusti uxor fuit, & ex ea Julia nata est. Ambo fratres in Hispania adversus Cæsarem acriter pugnarunt, victique sunt non sine magno Cæsaris periculo, qui cum aliis de gloria, cum his de salute ad Mundam contendit. Cnæus captus, occisusque est, Sextus, quem *Magnum*, & *Pium* appellatum fuisse, & *Neptuni filium* constat, superstes Cæsaris fuit, cum Octaviano varie pugnavit, pacemque cum eodem, & M. Antonio Triumviris fecit. Præfectus Classis, & oræ maritimæ ex S. C. & Imperator iterum dictus diu Siciliam tenuit. Tandem a M. Antonio in Ægypto occisus est consul designatus in annum DCCXX. Dubitat Paternulus dux ne, an tres fuerint Pompejorum familiæ, neque enim Pompejus Magnus, & Rufus ex eadem familia fuerunt, & præter hos fuerunt alii *Bithynici* cognomento. Nam Cicero in *Bruto* ita scripsit: „ Q. Pompejus A. F. qui Bithynicus dictus est, „ biennio quam nos fortasse major, summo studio „ dicendi, multaue doctrina, incredibili labore, „ atque industria“. De eo ut mortuo loquitur, occisus autem fuerat cum Cn. Pompejo Magno. Ejus filius A. Bithynicus a Sex. Pompejo Cn. F. postea occisus est. Quod vero Plinius scribit, mortuum fuisse repentino A. Pompejum in Capitolio Jovem saluantem; sunt, qui ad patrem Q. Bithynici referant, quod incertum est. Consulares sub Augusto tres invenio sine cognomine. Sextum Pompejum Sex. F. qui cum L. Cornificio L. F. Consul fuit ann. DCCXVIII. Cn. Pompejum suffectum ex Kal. Octob. post quadriennium, & Sex. Pompejum Sex. F. qui cum Sex. Appulejo Sex. F. Consul fuit ann. DCCLXI. quo anno Augustus mortuus est. Post Augustum ante Hadrianum quinque, quorum unus bis Consul fuit, ex his duo Silvani cognomine, unus Collega bis Consul, unus Longinus Gallus, unus Paullinus fuerunt. Silvanus prior Consul suffectus cum M. Cludio Rufo ann. DCCXCVII. sub Ti. Claudio Imp. Posterior Vopiscus Silvanus cum Ti. Verginio Rufo Cos. suffectus ex Kal. April. ann. DCCCXXI. sub Vitellio. Medio tempore C. Pompejus Longinus Gallus cum Q. Veranio Cos. fuit ann. DCCCL. sub Claudio, quo anno Olympias CCVII. Solino teste actis publicis notata. Octavo deinde anno Consul suffectus Pompejus Paullinus cum Ducennio Gemino ex Kal. Juliis sub Nerone. Collega bis Consul fuit, ordinarius sub Domitiano anno DCCCXLV. cum Cornelio Prisco, suffectus quadriennio post sub Nerva. Hunc etiam Silvanum appellatum invenio. Incerti temporis Consul fuit Cn. Pompejus Ferox Licinianus cum C. Pomponio Rufo ut ex titulo cujusdam monumenti Idibus Octobris dedicati constat. Anti-

quior memoria est Cn. Pompeii Magni nobilissimi adulescentis, cui Ti. Claudius Imp. Antoniam filiam collocavit, & postea Fausto Sullæ, priori genero interempto. Item Scribonii Libonis Drusi, cujus proavus Pompejus, amita Scribonia Augusti uxor, consobrini Cæsares, quem Tiberius Cæsar, ut se interimeret, coegit Idibus Sept. ann. DCCLXVIII. Hunc existimo filia Sexti Pompeii Magni natum fuisse.

DECIORUM FAMILIA.

Amplissima fuit, & clarissima Romæ Deciorum familia, cum propter res domi militiæque preclare fortiterque gestas, tum vero propter singularem erga patriam pietatem & amorem. Nam P. Decius parens hujus familiæ, qui (ut Cicero & Valerius testantur) primus e Deciis consul fuit, Codri Atheniensium regis exemplo devovit, & voluntariam mortem pro patria oppetiit, cujus mors ira gloriosa fuit, ut eandem concupisceret filius, & amplissimis perfunctus honoribus, & quartum tum consul. Nepos vero haud ipse majorum suorum virtute indignus, & quidem certe laudem, quæ in hac familia floruit, cupidissime est persecutus, dissimili tamen ratione: neque enim se devovit (ut quidam existimant) sed consul in prælio contra Pyrrhum fortiter pugnas cecidit. Præclara sane hujus familiæ & immortalis ad laudem, & gloriam posteris fuisset memoria, nisi eam, quæ nihil habet perpetuum, nihil firmum, fortuna e medio quasi cursu revocasset, ut quem fecundissimo vento in altum pro vexisset, eandem ante obrueret, quam portum conspiceret posset. Neque enim quemquam e Deciis post hos, aut honores adeptum, aut magistratus gessisse, aut virtute aliqua vel mediocri floruisse accepimus. Plebejam vero hanc esse familiam omnibus, opinor, perspicuum est, & Livius Lib. IX. & X. satis dilucide ostendit: atque etiam probant isti Juvenalis versiculi, quos adscribere libuit:

*Plebejæ Deciorum animæ plebeja fuerunt
Nomina: pro totis legionibus attramen,
& pro
Omnibus auxiliis, atque omni plebe Latina
Sufficiunt Diis infernis, terræque parenti.*

Extat inscripto vetus P. Decii ejus, qui quartum Cos. fuit in lib. Epigramm. urbis antiquæ, quam, quia ejus de Samnitibus triumphum indicat, de quo non satis inter omnes constat, subiiciendam existimavit:

P. DECIVS P. DECII. F. PRIMO. COS. DE SAMNITIBVS. TRIUMPHANS. SPOLIA. EX HIS. CERERI. CONSECRAVIT. ITERVM. ET. TERTIO. CONSVL.

HORATIA GENS.

Nobilis est apud veteres historicos trigeminarum pugna, clarissimaque Horatorum de Curia-tiis victoria, quæ libertatem, ac imperium Romano populo, Albanis perpetuam servitutem peperit. Qui enim ante rerum præclare gestarum magnitudine invicti existimabantur, ii virtute & industria

stria Horatiorum viâti, debilitati, depressique sunt. Ad his Horatius (ne in re notissima diutius hæream) Horatiam gentem ortam Dionysius lib. quinto tradit: neque sane dubium est quin majorum gentium Patricii Horatii sunt, ut qui cum Romulo primum in urbem migrarunt. Dividitur hæc gens in Pulvillos, Barbatos, Coclites. Illorum quidem nominum ratio reddi certe nulla potest: *Coclitem* veteres appellabant, qui altero oculo careret: unde *Cyclopas* pro *coclitas* antiquos dixisse, auctor est lib. octavo *Æneid.* Servius, quomodo etiam Varro lib. *de ling. Lat.* V. scribit. Hinc illud Plauti est in *Curculione*, de *Coclitum* *profapia te esse arbitror: nam hi sunt unoculi.*

HORTENTIA GENS.

Sebastianus Corradus, scriptorum veterum, & antiquitatis bene peritus, quem nos, ut ejus in litterarum studia merita poscunt, honoris causa nominamus, Hortentios plebejos fuisse existimat, tum quod Q. Hortentius Dictator legem de plebiscitis tulerit, tum etiam quod complures Hortentios Tribunatum pleb. gessisse in veterum monumentis reperiat. Ego ut Hortentios inter Patricios referrem, hac potissimum causa adductus sum. Video enim Q. Hortentium oratorem cum in Quintiana oratione tum vero in Verrinis actionibus nobilem a Cicerone appellari: quod qua ratione verum sit, nisi Patricium fuisse dicamus, conjectura assequi certe nullo modo possum. Neminem etiam Hortentiorum, præter Lucium (quem L. XLIII. Livius prætorem fuisse scribit) ante hunc Curulem gessisse magistratum reperio. Quam igitur conditione nobilem non sit, origine nobilem esse necesse est, cujusmodi Patricios fuisse jam ante dilucide perspicueque, opinor, demonstravimus. Nec vero aut quia Dictator Hortentius legem de plebiscitis tulit, aut quia Tribuni pl. Hortentii fuerunt, plebei existimandi sunt. Ille enim benevolentiam & voluntates plebis hac sua lege captabat, quod Populicos Horatios, quod complures alia fecerat animadvertimus. Hi vero quod diversæ essent gentis, Tribuni pl. creati sunt, ut etiam in Cornelis, Claudis, Sempronis. Uterer plurimis exemplis, nisi rem perspicuam arbitrarer, & apertam. Ipsum quidem certe Hortentium magistratum plebejum adeptum, nulli, quod sciam, veterum tradiderunt. Hoc sane miror, Ortalum Hortentii oratoris nepotem apud Tacitum in secundo ita loqui, *En stips, & progenies tot Consulum, tot Dictatorum*, quum unus ex Hortentis fuerit Dictator, unicus etiam Consul. Hoc nimirum est quod in *Bruto* Cicero queritur *Laudationibus historiam factam esse mendosorem.* Multa enim scripta sunt in eis quæ facta non sunt falsi triumphis, plures consulatus, genera etiam falsa & a plebe transiciones, quum homines humiliores in alienum ejusdem nominis includerentur genus, quod ex stegmate liquido constabit.

MARIA GENS.

CAJUS Marius municeps Arpinas, humili, atque obscuro loco natus nulla majorum commendatione, amplissimos honores est consecutus. Con-

tigit illi quod haud scio an nemini, ut duabus in *Ædilitate* acceptis repulsis, septies tamen consul summo populi studio crearetur, vir quem neque propter dignitatem laudare satis quisquam commode, neque propter crudelitatem abunde vituperare potest. Nemo unquam tanto metu & periculo rempublicam liberavit, nemo majori calamitate eandem affecit. Qui enim gladios Cimbrorum, & Teutonum in rempublicam districtos a jugulis civium rejecerat: qui faces jam accensas ad urbis excidium extinxerat: qui Urbem, & Italiam ex ore atque faucibus hostium eripuerat, ipse ille libertatis Romanæ vindex, primus in Rempublicam gladium distinxit, primus sceleratas faces patriæ intulit, vastitate denique Italiam, cædibus, incendio, ruina, urbem replevit. Justas ergo & debitas pœnas Reipublicæ persolvit. Armis Sullanis urbe ejectus, in Minturnensium paludibus latuit: terra, marique jaçtatus, in oris Africæ disertissimis jacuit. Filius non ita multis post annis in cuniculis Præneste trucidatus, memoria simul & nominis & generis interit. Extat epigramma vetus in libro Urbis antiquæ, quod res ejus gestas indicat, ejusmodi:

C. MARIUS. C. F. COS. VII.

PR. TR. PL. Q. AVGV. TR. MIL. EXTRA.

SORTEM. BELLVM. CVM. IVGV. THA. REGE. NV. MID.

GESSIT. EVM. CEPIT. ET. TRIVMPHALIS. IN. IOVIS. ÆDEM. IN. SECV. NDO.

CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM. DVCL. IVSSIT.

III. CONSVL. APSENS. CREATVS. EST. IIII. CONSVL.

TEVTONORVM. EXERCITVM. DELEVIT. V. CONSVL.

CIMBROS. FVGAVIT. EA. IEIS. ET. TEVTONIS. ITERVM.

TRIVMPHAVIT. REM. P. TVRBATAM. SEDI. TIONIBVS.

TR. PL. ET. PRÆTOR. VI. QVI. ARMATI. CAPIT. OLIVM.

OCCVPAVERANT. VI. CONSVL. VINDICAVIT. POST. LXX. ANNV. PATRIA. PER. ARMA. CIVILIA.

PVLVS. ARMIS. RESTITVTVS. COS. VII. FACTVS. EST.

DE. MANVBIS. CIMBRICIS. ET. TEVTONICIS. EDEM.

HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVMPHALI.

CALCEIS. PVNICEIS.

C. MARIUS C. F. * N. Bello Numantino Scipione Imperatore in Hispania meruit, hostem ex provocatione occidit, Plutarchus, Cicero pro *Cornelio Balbo*. TR. PL. Cotta, Metello Coss. legem de suffragiis tulit. Plutarchus Cicero *libro de legibus III.* In *Ædilitate* bis repulsam tulit Cicero pro *Plancio*. Ex prætura Hispaniam sortitus, provinciam Iberorum latrocinis liberavit. Legatus cum Metello Imperatore ad Numidicum bellum profectus, a quo quum Romam missus esset criminatus est, bellum illud producere, se, si Consulem fecissent, brevi tempore aut vivum, aut mortuum Jugurtham in Pop. R. potestatem redacturum. Itaque Col.

Cos. factus est cum L. Cassio ann. DCXLVI. Cassiodorus, Cicero lib. *de Officiis* tertio. In Africam cum exercitu profectus, Jugurtham, & Bochim Maurorum regem multis praeliis vicit: Jugurtham vivum a Bocho, Sullæ opera, accepit, deque eo triumphavit. Salustius in *Jugurth.* Epitome LXVI. Florus libro III. Eutropius libro IV. Orosius libro V. Cap. XIV. Cos. iterum absens creatus cum C. Flavio Ann. DCXLIX. Cassiodorus, Asconius in *Cornelianam* Cos. III. cum L. Aurelio. Ann. DCL. Cassiodorus, Epitome LXVII. Plinius lib. II. cap. LIX. Cos. IV. cum Q. Catulo Ann. DCLI. Bellum Cimbricum gessit summa vi oppugnata a Teutonibus, & Ambronibus castra defendit: duobus deinde praeliis circa Aquas Sextias eos delevit, in quibus caesa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta. Epitome LXVIII. Eutropius libro V. Florus libro III. cap. III. Cos. V. cum M. Aquillio Ann. DCLII. Cassiodorus. Cimbro qui per Noricum profligato Q. Catulo Procus. irruerant in Italia, collatis signis funditus delevit: caesa traduntur hostium centum quadraginta millia, capta sexaginta. Marius totius civitatis consensu exceptus pro duobus triumphis qui offerebantur, uno contentus fuit. Epitome LXVIII. Vellejus libro II. Cos. VI. cum Q. Valerio Anno DCLIII. Cassiodorus. His Cos. Saturnus Trib. pleb. qui seditionem concitavit, & Glaucia Prætor a Rabirio occisi sunt. Epitome LXIX. Cicero *pro Rabirio* perduellionis reo L. Sulla, Q. Pompejo Cos. civitate a Sulla pulsus, Minturnensium paludibus latuit, a Minturnensibus captus, & dimissus, in Africam delatus est. Accersitus a Cima Cos. urbem cepit, eam caedibus & rapinis vastavit. Epitome LXXVII. & XXC. Appianus libro primo. Vellejus libro II. Florus libro III. cap. XXI. Cos. VII. cum L. Cornelio ann. DCLXVII. Idibus Martiis in magistratu mortuus est. Appianus Plutarchus in *vita & Sulla*, Cicero lib. *de Nat. deorum* III.

P O R C I A G E N S.

Ea fuit reipublicæ Romanæ ratio, & consuetudo, ut peregrinas nationes societatis foedere, Italicas vero gentes civitatis jure sibi conjungeret. Numquam enim a Romanis (ut Cicero *pro Balbo* scribit) intermissa est largitio, & communicatio civitatis, quæ res, & ad conciliandos animos hominum, & ad augendam potentiam, maximo in imperio adjumento esse solet. Quorum igitur spectata in Rempublicam, & cognita fides esset, iis civitatem populus Rom. largiebatur, non tamen eadem ratione omnibus. Nam aliis cum suffragio, aliis vero sine suffragio, civitatis beneficium tribuebat illi *municipes*, hi *carites* dicebantur. Municipes suo jure, & suis legibus vivebant: muneris tantum cum populo Romano honorari participes erant, a quo munere capebendo *municipes* appellati videntur. *Carites* vero, cives quidem illi erant, & onera civium sustinebant, nullo tamen honoreungebantur, nec suffragii jus habebant. Disti autem *Carites* sunt a *Care* oppido, quod primum, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque, civitatem sine

Tom. VIII.

suffragio accepit. Hinc *tabula Carites* recte non versa vice, ut Gellius lib. XVI. cap. XIII. de eadem re contrarie scribit, appellata, in quas Censores referri jubebant, quos notæ causæ suffragiis privabant. Hanc differentiam usque ad bellum Mariticum durasse, quo universa fere Italia civitate donata est, licet promiscue ab auctoribus etiam ii, qui suffragii jus non haberent, *municipes* nominarentur, testis est libro secundo Vellejus Patereulus. Itaque vere *municipes*, & Cives Romani erant, & suffragia ferebant, atque magistratus petebant. Quare Curii, Coruncanii, Porci, Pompeii, Marrii, Tullii, & reliqui ex municipiis oriundi amplissimos Romæ honores consecuti sunt. Hæc autem, qua de agimus, Porcia gens, Tusculana est, auctore Plutarco in *Censorino*, & Tacito libro undecimo: quomodo etiam Cicero libro *de legibus* secundo scribit: *Ego mehercule, inquit, & illi, & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturæ, alteram Civitatis, ut ille Cato, quum esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est, itaque quum oru Tusculanus esset, Civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris.* Est autem hic M. Porcius Cato princeps hujus gentis qui *Priscus* primo, deinde, quia multarum rerum usum haberet, Cato teste Plutarcho, appellatus est, quod cognomen posterius retinuerunt. Idem quoque a censura severe administrata, *Censorius* dictus est, & in summa senectute, quia multa ejus in Senatu, multa in foro, vel provisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute ferebantur, *Sapientis* cognomen adeptus est, testis Cicero *de officiis* tertio, & in *Lalio*. Cujus præclarum in Hispania monumentum tali quam subiticiam inscriptione extare, refert Augustinus Nerrucius:

PALLADI. VICTRICI. SACRVM.

HIC. HOSTIVM. RELIQUIAS. PROFLICAVIT. CATO. VBI. SACELLVM. MIRO. ARTIFICIO. CONDITVM. ET. AEREAM. PALLADIS. EFFIGIEM. RELIQUIT.

PAREANT. ERGO. ET. NOSCANT. OMNES. SENATVS. ET. POPVLLI. ROMANI. IMPERIVM. DEORVM. NVMINE. ET. MILITVM. FORTITVDINE. ET. TVERI. ET. REGI. CVRH, FABRICII.

C O R U N C A N I I.

Quoniam eorum, qui ex municipiis honores essent, & magistratus Romæ adepti, proxime meminimus, haud alienum visum est a proposito nostro, si Curios hic, Fabricios, & Coruncanos subiiceremus. Nam & *municipes* hi sunt, & æquales illorum temporum, ita vere plurimis maximisque virtutibus atque omni laude cumulati, ut quamvis neque familiam, neque stirpem constituent, sine tamen justa reprehensione præteriri posse non videantur. Curios *municipes* fuisse, Cicero *pro Murena* & *Sulla* demonstrat, municipii mentionem facit nullam, item de Fabriciis. Coruncanos in undecimo apud Tacitum Claudius Imp. Camerino Italiæ municipio oriundos testatur. Cicero vero *pro Plancio*, Tusculanos fuisse satis dilucide ostendit.

Qq

M.

M. CURIVS M. F. M. N. DENTATVS TR. PL. ANN. CDLIV. Cicero in *Bruto* Col. cum P. Cornelio Ann. CDLXIII. Cassiodorus, Eutropius libro II. Cicero in *Catone*, Plutarchus in *Censorino*, Valerius lib. IV. capite III. Plinius lib. XV. cap. V. Bellum Samniticum gessit, omnem eum tractum, qua Nar ambit, fontesque Velini Adriatico tenus mari, igne, ferroque vastavit, qua victoria tantum agrorum, tantum hominum redactum in potestatem, ut in utro plus esset ne ipse quidem posset existimare qui vicerat. De Samnitibus, Sabinis, Lucanis triumphavit. Florus lib. III. cap. XV. Eutropius Secundo, Orosius lib. III. c. XIX. Cens. cum L. Papirio Ann. CDLXIV. Col. II. cum L. Cornelio Ann. CDLXXIX. Epitome XIV. Valerius lib. VI. cap. III. Cicero *pro Murena*, & in *Catone*. Contra Pyrrhum missus, cum eo pugnavit, exercitum ejus occidit, ipsum Tarento fugavit, castra cepit, de rege Pyrrho & Samnitibus II. triumphavit. Plutarchus in *Pyrrho*, Eutropius lib. I. cap. XIIIX. Col. III. cum Ser. Cornelio. Ann. CDLXXIX. Cassiodorus. c. FABRICIVS C. F. G. N. LYSCIVS Col. cum Q. Aimilio. CDLXXI. Cassiodorus, Cicero in *Lalio*. De Etruscis & Gallis triumphavit. Col. II. cum Aimilio. Ad quem quum Pyrrhi medicus nocte venisset, promittens veneno Pyrrhum occisurum, vinculum cum Pyrrho reduci iussit. Cum Brutiis, & Lucanis prospere pugnavit, de iis, Tarentinis & Samnitibus II. triumphavit. Epitome XIII. Eutropius lib. II. Florus lib. I. cap. XIIIX. Cicero in *Bruto*, in *Catone*, *Officiorum* tertio, Gellius lib. III. capite IIX. Plutarchus in *Pyrrho*. Virgilius *Aeneid.* lib. VI. Meminit Valerius lib. IV. cap. III. & IV. ubi mendose *Luscinius* pro *Luscinius* scriptum est. Idem lib. VI. cap. V. CENS. cum Q. Aimilio Ann. CDLXXIX. Gellius lib. XVII. Valerius lib. II. cap. IV.

TI. CORVNCANIVS. TI. F. TI. N. PRIMVS PONTIFEX MAX. e plebe creatus. Epitome XIIIX. Cicero *pro Domo*, *De natura Deorum* primo, *De Legibus* secundo: Col. cum P. Valerio ann. CDLXXIII. Cassiodorus. De Vulsinensibus triumphavit. CENS. cum C. Claudio. Ann. CDXXCV. DICT. COMIT. HABEND. C. Ann. DVII. Meminit Cicero in *Bruto de Oratore* tertio, Pomponius *De origine juris*. Meminit praeterea C. & L. Coruncaniorum, qui legati ad Teucam Illyriorum reginam missi sunt, Polybius lib. II. & minorem natu a regina occisum refert, quos tamen Plinius lib. XXXIV. cap. VI. *P. Junium* & *Ti. Coruncanium* nominat, atque ambos a regina interfectos, statuas illis in foro tripodaneas statuas scribit, quem secutus videtur Florus lib. II. cap. V. Praeter hos nullum apud veteres Coruncanium reperire licet.

SERGIA GENS.

SERGIA GENS a Sergesto comite *Aeneas*. Virgil. *Aeneid.* quinto:

Sergestusque domus tenet, a quo Sergia nomen.

Floruit armis plus minus LXXI.

Ex hac gente L. Sergius Catilina fuit, Sallustio, & Asconio auctoribus. Homo, ut Cicero *pro Caelio* scribit, ex contrariis diversisque inter se pugnantibus naturae studiis cupiditatibusque conflatus, in quo permulta maximarum, non expressa signa, sed adumbrata virtutum erant, quae multis maximisque obscurata & deformata vitiis elucescere nullo modo poterant. Accusatus bis & absolutus est. Ter Consulatum petiit, bis repulsam tulit. In Senatum semel atque iterum conjuravit, quae de re verbum non eram facturus, nisi a plerisque ita perturbati haec & confundi animadverterem, ut dijudicari difficillime possent. Bis accusatum Cicero in *Pisonem* ostendit. Semel repetundarum a P. Clodio, cum Proprætor Africam provinciam superbe, avare, crudeliter administrasset, socios spoliasset, & diripisset, absolutus est prævaricante Clodio: Testis Asconius, quod idem Sallustius in *Catil.* tradit. Iterum inter sicarios a L. Lucullo, Cæsare Figulo Coss. quod Sulla dominante complures peremisset, Asconius Q. Cæcilium nominat. M. Voluminium L. Tantalium, M. Marium Gracidianum cujus caput abscissum per urbem sua manutulerat. Idem Q. Fr. de petitione Consulatus scribit, & Dion lib. XXXVII. Orosius tamen cap. tertio libri sexti, quem Seb. Corradus præstantissimo vir ingenio sequitur, tertiam accusationem Catilinae de incestu profert, quod cum Fabia Vestali Virgine commisisse arguebatur, quod falsum esse Plutarchus, & Asconius aperte indicant. Neque enim Catilina ejus criminis est accusatus, sed Fabia, virgo Vestalis, causam incesti dixerat cum ei Catilina obiiceretur. Consulatum ter petiit Catilina. Primo Tullo, Lepido Coss. ratio tamen ejus habita non est, quod cum repetundarum reus esset, intra legitimos dies profiteri nequiverit, auctore Sallustio. Secundo, cum Curione, Figulo Cæsare Coss. Tertio Cicerone, Antonio Coss. ac tum quoque Muræna & Silano Coss. deff. repulsam tulit. Conjuravit in Rempublicam cum Cn. Pisone, Fullo, Lepido Coss. Suetonius in Cæsare, Sallustius, Cicero *pro Sulla*. Dion. lib. XXXVI. Deinde Cicerone, Antonio Coss. quae quidem conjuratio, virtute & mirifica Ciceronis vigilantia oppressa est & extincta. Ipse Catilina a M. Petrejo Antonio Coss. legato in agro Pistoriensi cum exercitu deletus est. Epitome CII. & sequenti Appianus primo. Plutarch. in *Cicerone*, Dion. lib. XXXVII. Sallustius in *Catilinario*, Virgilius lib. VIII.

SERVILIA GENS.

TULLUM Hostilium diruta, & everfa Alba, cum multas alias gentes, tum etiam Serviliam Romanam transfuisse, & in Senatum ac Patriciorum ordinem legisse, Livius libro primo, & in secundo *Antiquitatum* Dionysius scribunt. Floruit hæc gens Romæ, ut quæ maxime Familias habuit quatuor præcipuas. Nam & Prisci Servilii numerantur ab auctoribus, qui Axillas & Ahalas complectuntur, & Cæpiones, & Vatiæ quoque & Gemini. Legitur inscriptio in antiquitatibus Veronensibus perantiqua, ut mihi quidem videtur, quæ haud

haud scio an huc referri debeat. Est autem hæc:

C. SERVILIO. C. N. F.

CAEPIONI. COS.

GENS. TRIVM-

PH. PATRIAE.

LIB. DECVR

VFRONEN.

OB. IVDICIA RESTITVTA

S.

M.

SILVIA GENS.

SILVIÆ gentis tres omnino familias in veterum annalium monumentis reperio. Quarum prima Æneæ est, qui Anchise patre natus, post mortem Latini loceri, Latinorum regnum obtinuit. Hic duos reliquit filios superstites Ascanium Creusa matre, Ilio adhuc incolumi natum, & Silvium Latini regis ex Lavinia filia nepotem. Æneæ in regno successit Ascanius major natu filius. Ascanio Silvius Fr. excluso Iulo Ascanii F. quem Julii gentis suæ auctorem, & familiæ principem nuncupant. Silvio autem Æneas Silvius successit: Æneæ Latinus Silvius Lavinia & Melampodis filius, Silvii primi frater uterinus. Hæc prima Latinorum regum familia est. Altera Albæ Silvii traditur ab antiquis: ex Alba Atis ortus est, Ati Capi, Capi Capetus, Capeto Tiberinus, Tiberino Agrippa, cui Romulus filius, Romulo Aventinus in regni hæreditatem successit. Hæc tertia familia initium sumpsit, uti ad Procam Silvium Latinorum regnum translatum est, a quo rerum Romanarum auctores historiam suam pene omnes exordiuntur. Proca filios habuit Numitorem, & Amulium. Amulius regnum vi occupavit, quo occiso Numitor in regnum est restitutus, avus maternus Romuli, & Remi. Hæc fere tradunt Dionys. Halicarnassæus, Livius, Virgilius, & reliqui quasi minorum gentium historici, Vellejus Paterculus, Messala Corvinus, Cassiodorus, Orosius, Zonaras. Gentem hanc *Silviam* appellavimus, non tam ex consuetudine aliarum gentium Romanarum, quam quod antiquitati aliquid hac in re concedendum arbitremur. Licet enim incertum Romuli & Remi paternum genus sit, maternum tamen ad Latinorum reges antiqui retulerunt, quos libenter secuti sumus.

TARQUINIA GENS.

DAMARATVS Corinthius, homo locuples in primis, & honestus, armis civilibus in exilium pulsus, Tarquinius Corintho fugavit, ibique suarum fortunarum sedem constituit. Causam exilii hanc Livius adfert libro primo. Cicero vero Tusculana disputatione quinta, & in tertio *Antiquit.* Dionysius, Corintho Damaratum, quod Cypselum tyrannum ferre non posset, profugisse scribunt: quorum sententiæ Plinius cap. tertio libri XXXV. subscribere videtur. Duxit autem uxorem Tarquiniis nobilem & summo loco natam, ex qua duos suscepit filios, quarum alterum *Aruntem*, *Lucumonem* alterum Etrusco more nominavit. Et arans quidem vivo patre mortuus est, quem Damaratus pater paulo post cum ætate & corporis morbo, tum animi doloribus ex morte fi-

lii confectus, secutus est. Lucumo vero ex asse hæres a patre, præterito postumo institutus, ubi locum inter suos honestum tenere non posset, Romam cum universa familia & uxore Tanaquili est profectus, commutatoque nomine pro *Lucumone* *L. Tarquinius* dici voluit: ab Anco deinde rege in Patriciorum, ac Senatorum ordinem ascitus, mox rex Romanorum creatus est. Hæc sunt breviter quæ de gentis Tarquinia origine veteres tradidere. Magna autem opinionam varietas est & dissentio eorum qui genealogiam Tarquiniorum scripserunt. Fabius enim Pictor Tarquinium Colatinum Egerii F. appellat. Dionys. nepotem esse contendit. Sic Livius Tarquinium Superbum Prisci F. Damariti nepotem fuisse scribit. Dionysius eundem Damariti nepotem esse probat. Libenter autem assentior Halicarnassæo, auctori rerum Romanarum, iudicio doctissimorum hominum, cum primis bono, & religioso. Utrumque autem res se habeat, apparet certe Pomponii JC. erratum, qui in L. II. *D. de origine juris* sic scribit, *Qui fuit, illis temporibus quibus Tarquinius Superbus Damarati filius: cum nepos sit, si Livio; si Dionysio credimus, pronepos.* Neque enim quod Zasius Jurisconsultorum illius temporis facile princeps, cui suffragari videtur Alciatus, scribit, filii appellatione nepotem contineri, locum hoc in genere ullum habet. Nam ut illum omittam, quod sæpe ne in Jure quidem civili hoc verum est, quis non videt historiarum scripturam ab isto subtilitatis genere plane alienam esse, in qua solida & expressa rei effigies desideratur, nec fictis & adumbratis rebus loci quicquam esse potest?

TULLIA GENS.

TULLII, qui *Cicerones* dicuntur, municipes Arpinates sunt, orti a Tullio Attio Volscorum rege. Auctorem hujus rei habeo (ut omittam Plutarchum, & Eutropium) Silium Italicum, qui libro octavo *Punicorum* sic scribit:

Tullius aratas rapebat in agmina turmas,

Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto.

Ipse quoque Cicero stirpem suam antiquissimam libro *de legibus* secundo predicat. Sunt tamen qui a *tullis*, idest, aquæ ductibus, *Tullios* deducere malunt, a quibus ut dissentiam, cum illorum quos dixi facit auctoritas, tum vero quod in cognominibus vocabulorum ejusmodi derivationes locum quidem habere aliquem posse videantur, in nominibus certe gentium non item. Atque haud scio an *Tullum*, quod Volcatiorum cognomen est, quam *Tullium*, quod gentis est nomen, a *tullis* rectius deducamus, accommodatius sane ad horum nominum rationem. Unica vero hujus Tullia gentis familia magistratibus & honoribus floruit, ea quæ *Ciceronum* cognomen tulit, a *ciceribus ferendis*, ut ait Varro. Illud enim quod de verruca, quam *cicerem* Latini vocant, Plutarchus narrat, eo mihi minus verisimile sit, quod patrem & avum suum Cicero eodem plane usos esse cognomine *de Legibus* tertio, & secundo *de Oratore* fati dilucide

ostendat. Ac ex his quidem primus M. Cicero orator honores est adeptus. Nam de avo sic libro *de legibus* tertio loquitur: *Et acus noster singulari virtute in hoc municipio quoad vixit, restitit M. Gravidio, cujus in matrimonio sororem aviam nostram habebat, ferenti legem tabellariam. Excitabat enim fructus in simplo (ut dicitur) Gravidius, quos post filius ejus Marius in Egeo excitavit mari ac nostro quidem. Quæ quum res esset ad se delata, Scaurus Consul, Utinam, inquit, M. Cicero, isto animo virtute in summa Republica nobiscum versari, quam in municipali maluisses. Hæc ille.*

V A L E S I A G E N S.

Sequuntur, nunc Latinarum gentium familiarum, quo nomine, & Sabinas, & omnes eas quæ ex Italicis municipiis in urbem migrarunt, comprehendimus. Quæ vero ex his majorum, quæ minorum gentium Patriciæ familiarum sint, in tanta antiquitatis ignorantia constituere nullo modo possumus. Sunt illæ quidem majorum gentium, quas Romulus, quas ceteri reges usque ad Tarquinium Priscum, siquidem Livium sequamur, inter patricios cooptarunt: reliquarum eadem opinor ratio est, incerta, & obscura. Prima autem, & præcipua Latinarum gentium Valeria est, cum propter generis antiquitatem, tum etiam propter summam nobilitatem, eximiaque virtutes, quibus hæc gens facile cæteris antecellit. Dionysius lib. IV. & V. auctor est, gentem Valeriam ex Sabinis oriun-

dam, cum Tatio rege, qui cum Romulo imperii societatem communicaret, in urbem migrasse. Plutarchus Valesium gentis principem appellat, quem etiam auctor pacis inter Sabinos, & Romanos fuisse scribit. Hinc *Valesia* hæc gens primum, post *Valeria* dicta est, ut etiam *Tusia*, *Papisia*, *Aufelia*, *Vetusia*; neque enim ante Appii Cæci ætatem, qui primus literam R. protulisse dicitur, *Valerii*, *Furii*, *Papirii*, *Aurelii*, *Veturii* dicti sunt, quæ de re Livius lib. III. Cicero Epist. IX. ad Papirium Pætum. Varro *de Ling. Lat.* VI. Macrobius cap. II. libri tertii *Saturnalium*, & Festus primo: Pomponius quoque J.C. *de origine juris*. Meminit etiam cujusdam Valesii lib. II. Valerius Maximus, qui Diti patri & Proserpinæ ara sub terra reperta, sacra primus furvis hostiis fecit, cujus exemplum secutus Valerius Poplicola, apud eandem aram publice nuncupati votis, cessisque atris bobus Diti maribus, sceminis Proserpinæ lectis ternioque, ac ludis trinoctio factis aram terra obruit. Atque hæc quidem Valeriæ gentis sacra fuisse gentilicia opinor. Univerfa vero hæc gens in quatuor familias distributa est. In prima Poplicolas, Maximos, Potitos, Corvinos, Messallas collocamus: ea ratione, quia ejusdem sunt stirpes. His autem, ut Cicero *de Legibus* secundo, & Plutarchus in Poplicola scribunt, virtutis causa, ut in urbe sepelirentur, a Senatu tributum erat & permittum, quod posteri eorum jure tenuerunt in secunda, Flaccos: in tertia, Falcones: in quarta Lavinos constituimus.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

MUSEI

ANTIQUIORA NUMISMATA.

ANTONI AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARACONENSIS

MUSEI

ANTIQUIORA NUMISMATA.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

MUSEI

ANTIQUIORA NUMISMATA.

SERIES I.

NUMISMATA FAMILIARUM ROMANARUM.

ABVRIA.



A. Simulacrum Romæ. GEM.
P. Quadrigæ. M. ABVRI. RO.
MA in alio C. ABVRI. GEM.
hoc est M. Abvrius Geminus.

ACCOLEIA.

A. Simulacrum mulieris. P. ACCOLEIVS. LARISCOLVS.

P. Mulieres tres, quæ in arbores Pino similes vertuntur. Has opinor esse, quas appellant sorores Phæthontis, quæ totidem numero fuere. Ovid. Metam. lib. II. Thraces quidem mulieres Orpheum necarunt, atque in arbores deinde fuerunt conversæ, sed numero plures eodem Ovidio autore lib. II. Qui tamen non addit in quodam arborem genus fuerint commutatæ, vel quod ignorarit, vel quod dubi arit. De sororibus Phæthontis Virgilius Ecloga VI.

*Tum Phæthontidas musco circumdat amara
Corticis, atque solo proceras erigit falnos.*
Et Æneid. lib. VII.

*Namque ferunt luctu cygnum Phæthontis
amati*

Populeas inter frondes, umbramque sororum.

Dum canit. Cic. Quæ vero de electro narrantur, Strabo lib. V. Plin. lib. XXXVII. Qui igitur nummum signare voluit conversas esse in larices, quæ sunt pino simillimæ, nec alibi notæ sunt, quam in Padi ripa, non recipiunt flammam, resinam habent liquidam nullo affici colore. Vitruv. lib. II. cap. XV. Resina illa liquida est lacrymæ similis, non recipit flammam quasi odio, prosequatur ob combustum Phæthontem, & Ovid. lib. II. cum de Cycno loquitur, inquit,

*Stagna perit, patulosque lacus, ignemque
perosus,*

Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.

Accolejus igitur nomen videtur ab hac arbore for-

titus esse, credendumque est accola fuisse alicujus e municipiis, quæ circa Padi ripam erant.

ACILIA.

A. Effigies coronata. SALVTIS.

P. Simulacrum SALVTIS. M. ACILIVS. III. VIR. VALETV.

Videndum an ad græcam vocem alluserit, quæ est, *ἀκιδιον*, ut unde deductum nomen Acilius ostenderet. Quod tamen jure dubia propositum a me, non etiam affirmatum velim.

A. Roma. M. ACILIVS.

P. Currus Triumphalis. ROMA.

A. Roma. BALVVS.

P. Quadrigæ. M. ACILI.

ÆLIA.

A. Simulacrum mulieris. BALA.

P. Diana manibus geminas faces gestans in curru cum cervis.

C. ALLIVS. BALA.

Vide Nummum P. Clodii, in quode Diana nonnihil dictum est.

A. Roma.

P. Castor, & Pollux. P. PÆTVS. ROMA. Pætus est etiam Ælorum agnomen.

ÆMILIA.

A. Effigies velata. PAVLLVS. LEPIDVS. CONCORD.

P. Puteal. PVTEAL. SCRIBON. LIBO.

Appianus Alexandrinus lib. IV. fol. 108. Vide nummum Scribonii.

A. Simulacrum Concordiæ velatæ. PAVLLVS. LEPIDVS. CONCORDIA.

P. Trophæum. Vir Romanus, ac vir captivus, cum duobus pueris. Vir Romanus erit Æmilius Paullus, vir autem captivus erit Perfes Macedoniæ Rex cum filiis. TER. quia tertium triumphavit, Prator, Cos. & Procos. de Perse Rege Macedoniæ. Vellejus lib. I. cap. 109. Id quod ex vetusto etiam lapide nuper in foro Romano effosso patet hac inscriptione:

L. ÆMILIVS. L. F. PAVLLVS. COS. II. GENS. AVGV. TRIVMPHAVIT. TER.

De

De Perse, & ejus filiis. Plutarch. in vita Æmilii. Notandum etiam est in nummo argenteo, qui est apud Fulvium Urinum, PAULUS UNICO L scriptum esse, sic enim habet:

PAVLLVS. LEPIDVS. CONCORDIA.

PAVLVS. TER.

A. Effigies. ALEXANDREA, in alio ALEXANDREA.

P. Vir Juvenem coronans. M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG. S. C.

Valer. Max. lib. VI. cap. VI. cum Ptolemæus Rex tutorem Populum Rom. filio reliquisset, fenatus M. Æmilius Lepidum Max. bis Cos. ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit, amplissimique, & integerrimi viri sanctitatem Reip. usibus, & sacris comparatam externæ procurationi vacare voluit, ne fides civitatis nostræ, frustra petita existimaretur, cujus beneficio Regia incunabula conservata pariter, ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderunt, patriæ fortuna magis, an tutoris majestate gloriari deberet. Cornel. Tacit. lib. II. inque nondum adultis Trebellenus Rufus Prætura functus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo, quo majores M. Lepidum Ptolemæi liberis tutorem in Ægyptum miserunt. Justinus lib. XXX. mittitur & M. Lepidus in Ægyptum, qui tutorio nomine Regnum pupilli administraret. De Lepidi Pontificatu Liv. lib. XL. Creati M. Æmilius Lepidus Pont. Max. & M. Fulvius Nobilior. Florus lib. XLIII. & XLVI. & XLVII. de ejus funere lib. XLVIII. M. Æmilius Lepidus III VIR. R. P. C. Pronepos hujus Pont. Max. Cic. in Antonium Orat. XIII.

A. ROMA.

P. Pons, & supra pontem eques, seu statua equestris.

M. ÆMILIVS. LEP. Plin. de Viris illustribus, censor Æmilius stravit, Pontem Milvium fecit. Val. Max. lib. III. cap. I. cujus tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta Senatusconsulto posita. Ammianus lib. XXVII. Æmilius Pons constructus ab Æmilio Quæstore, Plutarch. in Numa.

A. Camelus. M. SCAVR. ÆD. CVR. EX. S. C. REX. ARETAS.

P. Quadrigæ. P. HVPSÆVS. ÆD. CVR. C. HVPSÆ. COS. PREIVER. CAPTV. in alio CAPTV. in alio CAPT. Hypsæus Plautiorum cognomen. Liv. lib. XXXVII. Asconius Pædianus in Milone. Plautius Decianus Cos. de Privernatibus triumphavit, ut in Capitolinis monumentis C. PLAVTIVS P. F. P. N. DECIVS. COS. ANN. CDXXIV. DE. PRIVERNATIBVS. K. MART. De Scauri Ædilitate Plin. lib. VIII. cap. VI. & XXVI. & lib. XXXVI. cap. II. & XV. Asconius in oratione pro M. Scauro. Fuit vero is Æmilius Scaurus de quo ibidem meminit Asconius Camelus, & Rex Aretas, de quo scribit Joseph. Antiquit. lib. XIV. cap. IV. & cap. IX. & de bello Judaico lib. I. cap. V. & cap. VI. Cur autem in hoc nummo CAPTV, & non Captum, ut in aliis, scriptum sit; vide quæ notata sunt in nummo Postumi Albinii Cos. Bruti filii, in quo & ALBINV pro Albinus scribitur.

A. Effigies Augusti. CÆSAR. IMP. III. VIR. R. P. C.

P. Effigies Lepidi. LEPIDVS. PONT. MAX. III. VIR. R. P. C.

A. P. SABIN.

P. Sabinus Æliæ familiæ cognomen, est etiam & Tituriorum, nisi forte illud SABIN. in Titurii nummis ad Tatium referendum sit, quod mihi non satis probatur, cum in plerisque Sabinus, sic, sine nota illa.

A. Simulacrum L. BVCA.

P. Tria simulacra, quorum unum latum est.

A. Simulacrum Deæ. Vas fuit enim Pontifex Maximus Lepidus, hic qui & Ptolemæi Regis tutor.

P. Statua equestris. M. LEPIDVS.

A. Simulacrum idem.

P. Statua eadem equestris M. LEPIDVS. AN. XV. PR. H. O. C. S.

Antonius Augustinus ita legit, annis quindecim Prætor Hispaniam obtinuit citeriorem solus. Octavius Paatagathus ita anno quintodecimo prætor hostibus omnibus cæsis nummam signavit. Prior magis placet; sed ita legendum ex Val. Max. lib. III. cap. I. M. Lepidus annorum quindecim prætextatus hostem occidit, civem servavit. Ænilius Lepidus puer etiam tum progressus in Aciem, hostem interemit, civem servavit. Cujus tam memorabilis operis index est in capitolio statua bullata, & incincta prætexta S. C. posita.

A N N I A.

A. Simulacrum mulieris C. ANNI. T. F. T. N. PROCOS. EX. S. C.

P. Lancei caduceum, & falx messoria. L. FABI. HISP. Quadriga L. F. ut indicaret Justitiam, Pacem, & Frugum copiam.

A N T E S T I A.

A. Simulacrum Romæ. GRAC.

P. Quadrigæ. L. ÆS. ROMA. Hoc est L. Antestius.

A N T I A.

A. Effigies Antii Restionis. RESTIO.

P. Simulacrum Martis, seu Romuli C. ANTIVS C. F. De C. Antio Restione Valer. Max. lib. IV. cap. VIII. is est, qui legem sumptuariam tulit. A. Gellius lib. II. cap. 24. Macrob. lib. III.

A. Simulacrum Deorum Penatium. DEL. PENATES.

P. Simulacrum Romuli, vel Martis. C. ANTIVS. C. F.

A N T O N I A.

A. Effigies Antonii. M. ANTON. IMP. lituus.

P. Effigies Cæsar. CAESAR. DIC. VAS. Vas quidem Cæsar. Pontificatum indicat. Litus vero Antonii Auguratum. Est enim lituus insigne Auguratus, ut est apud Ciceronem in libro de Divinat. De M. Antonii Auguratu meminit idem Cicero in oratione secunda contra Antonium, & Plutarchus in Antonio.

A. Effigies Antonii. M. ANTON. IMP. III. VIR. R. P. C.

P.

P. Effigies Augusti. C. CAESAR. IMP. III. VIR.
R. P. C.

A. Effigies Antonii. M. ANTON. IMP. III.

P. Effigies Caesaris. CAESAR. DIC.

A. Effigies Antonii. M. ANT. IMP. AVG. III. VIR.

R. P. C. BARBAT. Q. P.

P. Effigies Augusti. CAESAR. IMP. PONT. III.
VIR. R. P. C. BARBATVS M. ANTONII QVAESTOR.
Appianus lib. V. liber impressus habet Barbatium
pro Barbato; errorem (ut opinor) cistrariorum. Est
autem Barbatus Horatiæ familiæ cognomen.

A. Effigies Antonii. M. ANTON. IMP. III. VIR. R.
P. C. AVG.

P. Effigies Augusti. CAESAR. IMP. PONT. III.
VIR. R. P. C.

A. Effigies M. Antonii. M. ANT. IMP. AVG. III.
VIR. R. P. C. M. NERVA. PROQ.

A. Effigies Antonii. M. ANTONIVS. IMP. III. VIR.
R. P. C.

P. Simulacrum quoddam. PIETAS COS. L. Anto-
nius ob pietatem in M. Antonium fratrem fuit ap-
pellatus *Pietas*. Dion. lib. XLVIII.

A. Effigies Antonii. M. ANTON. AVG. IMP. III.
VIR. R. P. C.

P. Simulacrum mulieris lava copiae cornu ge-
rens, dextra clavam, habet & appictam ciconiam.
PIETAS COS. Eadem fere nummi hujus explicatio
est, quæ & superioris fuit, quod vero sibi velit cico-
nia, vide nummum Q. Cælii Metelli Pii.

A. Effigies Antonii. ANTON. AVG. IMP. III. COS.
DES.

P. M. SILANVS. AVG. Q. PRO. COS. Silanus Anto-
nium secutus est. Dion. lib. XLVI.

A. Effigies Antonii cum lituo.

P. Effigies Solis. M. ANTONIVS. III. VIR. R. P. C.
M. Antonius Dionysium se appellavit. Dion. lib.
XLVIII. Vellejus Paternulus lib. II. Crescente de-
inde, & amoris in Cleopatram incendio, vitiorum,
quæ semper facultatibus, licentiaque, & assenta-
tionibus aluntur, magnitudine, bellum patriæ in-
ferre constituit, cum ante novum se Liberam Pa-
trem appellari iussisset, cum redimitus hederis co-
ronaque velatus aurea, thyrsum tenens, cothurnif-
que succinctus, curru velut Liber Pater vectus es-
set Alexandria. Dion. lib. L. idem eodem libro So-
lem autem vocatum fuisse Ouiridem, & Herodo-
tus, & Diodorus Siculus scripserunt; Ouiridem in-
terpretari Dionysius, idem etiam Diodorus scribit.
Erit igitur fortasse effigies filii Antonii, & Cleopa-
træ, quod mihi magis probatur. Fuit enim Sol ap-
pellatus; quemadmodum filia, Luna dicta fuit.
Dion. lib. L.

A. Effigies Antonii. M. ANTONIVS.

P. Templum cum Solis simulacro. III. VIR. R.
P. C.

A. Simulacro augurali habitu. M. ANTONIVS.
M. F. M. N. AVGVR. IMP. ITER. TER.

P. Effigies Solis III. VIR. R. P. C. COS. DESIG.
ITER. ET. TERT.

A. Antonii Effigies cum literis hebraice scriptis,
quas si latine vertas, erit, SALOMON. REX. ex altera
parte.

P. TEMPLVM SALOMONIS. Non video cur ambi-
gendum sit, quin hic nummus fuerit ab Herode si-
Tom. VIII.

gnatus, ut singularem scilicet ab Antonio gratiam
iniret, cujus potissimum studio Tetrarcha prius,
deinde Rex Judæis datus fuerat. Ut autem illi mo-
rem gereret, Salomonem appellavit, nempe sa-
pientiorem omnium. Dion. lib. XLIV. Cornel. Tac-
cit. lib. L. Strabo XVII. Joseph. Antiq. lib. 14.
cap. 23. item de Bello lib. I. cap. II. & Antiq. lib.
14. cap. 21.

A. Victoriæ simulacrum III. VIR. R. P. C.

P. ANTONI. IMP. A. XII. Leo. Quia M. Anto-
nius dum triumpharet primus Leones curru junxit.
Plin. l. VIII. c. XVII. jugo subdidit eos, primusque
Romæ ad curru junxit M. Antonius; & quidem
civili bello cum dimicatum esset in Pharsalicis cam-
pis non sine ostento quodam tempore illo genero-
sos spiritus jugum subire, prodigio significante.

A. Effigies Antonii.

P. Copiæ cornu, & caduceum. M. ANT. IMP.
III. VIR. R. P. C.

A. M. ANT. IMP. Lituus, vas & avis.

P. LEP. IMP. securis, & alia quæ sacrificiis adhi-
beri solent. Quia M. Æmilius Lepidus erat Ponti-
fex Maximus: Antonius autem Augur.

A. Effigies Antonii. ANTONI. ARMENIA. DE-
VICTA.

P. Effigies Cleopatrarum. Florus lib. CXXXI. An-
tonius Artiniridem Armeniæ Regem fide data per-
ductum in vincula conici iussit, Regnamque Ar-
meniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit. Vellejus
lib. II. Qui tertia ætate reversus in Armeniam, Re-
gem ejus Artaradem fraude deceptum catenis, sed
ne quid honori deesset, aureis devinxit. Appianus
in Parthico juxta finem. Flori codex habet Artini-
ridem; Vellei Artaradem. Quem igitur sequemur
in tanta præsertim librariorum varietate non video.
Dion. lib. XLIX.

A. Simulacrum Jovis Ammonis. M. ANTO. COS.
III. IMP. III.

P. Simulacrum victoriæ. SCARPVS IMP. Pinarius
Scarpus M. Antonii secutus est partes. Dion.
lib. LI. Juppiter Ammon adjunctus, quia Pinarius
Scarpus Africa præfectus fuit. De simulacro Jovis
Ammonis Servius in lib. II. Æneid. Liber cum In-
dos peteret, ut per Libiam exercitum duceret, fa-
tigatus siti, Jovis sui patria imploravit auxilium, &
statim viso ariete fons secutus est. Unde sacrum est
Jovi Ammoni simulacrum cum capite arietino:
quod ideo fingitur, quia satis ejus sint involuta re-
sponsa. Hyginus in signo arietis. Ovidius Metam.
lib. V. Lucanus lib. IX. de secundo Antonii Con-
sulatu Dion. lib. XLIX. de tertio lib. L. Vide et-
iam Herodot. lib. 2. ubi nonnullas affert causas,
cur apud Cyrenenses Juppiter A'pēi Zeus, ut il-
le, inquit, coleretur.

A. Effigies Antonii. ANTONIVS. IMP. III. COS.
DES. IT.

P. ANTONIVS. AVG. IMP. III.

A. Effigies Antonii. M. ANT. AVGVR.

P. Trophæum. IMP. TER.

A. Effigies Augusti. CAESAR. IMP.

P. Caduceum. ANTONIVS. IMP.

A. Lituus, & vas. M. ANTONIVS. IMP. AVG.
III. VIR. R. P. C.

P. Vexillum, vas, caduceum. L. PLANCVS. IMP.
R r TER.

TER. Plancus, Munariæ familiæ cognomen.

A. Effigies Antonii. ANTONIVS. AVGV. COS. DES. ITER. ET. TERT.

P. Phætra, & arcus. IMP. TERTIO. III. VIR. R. P. C.

A. Effigies Antonii, corona ex hedera, ut mihi videtur, & lituus. M. ANTONIVS. IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TERT.

P. Effigies Cleopatrarum, vel mulieris, & duo utrinque serpentes III. VIR. R. P. C. Nummus hic argenteus existat apud Thomam Cavalerium Patricium Romanum, habetque trium fere denariorum pondus. Corona ex hedera, spectat ad illud Dionis, & Velleii, quod supra notavimus: quod scilicet Antonius se novum Liberum appellaret.

A. Triremis. M. ANT. AVG. III. VIR. R. P. C.

P. Signa. PRÆTORIARVM: aquila, cohortium Prætoriarum, ut maris & terræ imperium significaret.

A. Triremis 17.

P. COHORTIS. SPECVLATORVM.

LEG. II.

LEG. III.

LEG. IV.

LEG. V.

A. Triremis. ANTONIVS. AVGV. III. VIR. R. P. C.

P. LEG. VI. ANTONIVS. ET. VERVS. AVG. REST.

LEG. VII.

LEG. VIII.

LEG. IX.

LEG. X.

LEG. XI.

A. Triremis T.

P. LEG. XII. ANTIQVÆ.

LEG. XIII.

LEG. XIV.

LEG. XV.

LEG. XVI.

LEG. XVI. CLASSICÆ.

LEG. XVIII. LYBICÆ.

LEG. XIX.

LEG. XX.

LEG. XXI.

LEG. XXII.

LEG. XXIII.

LEG. ... IV.

Antonio Legiones XXVIII. Appianus Alexandrinus lib. V. fol. 134. I. K.

A. Effigies Antonii cum lituo. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C.

P. Rostrum naris & stella. CN. DOMIT. AHENOBARBUS. IMP.

A. Effigies Senis. S. C.

P. Quadrigæ. Q. A. O. B. A. B. Pr. Antonius Balbus Prætor.

A Q U I L I A.

A. M. AQVIL. M. F. M. N. SICIL.

P. Simulacrum. VIRTVS. III. VIR. M. Aquilius ovans de servis fugitivis rediit ex Sicilia A. V. C. DCLIV. Cic. de orat. lib. 2. L. Florus lib. 3. virtutis simulacrum cum galea quemadmodum in

nummo Honoris, & Virtutis Cordi Kaleni notatum est.

A. Simulacrum Solis.

P. Bigæ, quibus vehitur luna, stellæ. M. AQVIL. ROMA.

A R R I A.

A. Effigies. M. ARRIVS. SECVNDVS.

P. Spiculum in medio coronæ.

A T I L I A.

A. Roma. ROMA.

P. Castor & Pollux. M. ATILL.

A. Effigies libertatis. LIBERTATIS.

P. Rostra PALICANVS. Palicani meminit Cic. in Bruto. Val. Max. lib. III. cap. 8. Palicanus Aciliorum cognomen. Quintilianus lib. IV. cap. 20. Alconius in Divination. Lollia familiæ cognomen Palicanus. Alcon. in III. Verrin.

A. Effigies Honoris. HONORIS.

P. Sella Curules, & PALICANVS. Cic. de natura Deor. videns templum honoris a M. Marcello renovatum, quod multis annis ante se erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum.

A. Roma.

P. Bigæ. C. T. L. ROMA. C. Atilius.

A U R E L I A.

A. Simulacrum Romæ. ROMA. M. AVRELL.

P. Bigæ. SCAVRI. L. LIC. CN. DOM. L. Licinius, & Cn. Domitius censores fuerant ante bellum mariticum Claudio Pulchro & Perperna Cos. ut est in monumentis Capitolinis. Meminit ejusdem Censuræ, & Macrobius in Saturnalibus. Fuere fortasse Aurelius Scaurus, Licinius, & Domitius, eodem anno triumviri monetales.

A. Roma.

P. Quadrigæ. AP. CL. T. M. Q. AR. Ap. Claudius. T. Manlius. Q. Aurelius.

A. Simulacrum Vulcani barbati cum pileo, & forcipibus.

P. Corona, & aquila fulmen tenens L. COT. Barbatum Vulcanum fingit etiam Virgilius, si modo Virgilio inscribendum est opus illud ad Battarem.

Nam certe Vulcanus opus faciebat; & illi Tristi, turpabatque mala fuligine barbam. Euseb. de præparat. Evang. lib. III. cap. 5. & Arnob. lib. VI. inquit: Cum pileo Vulcanus, & Malleo.

A. Roma cum galea. COTA.

P. Bigæ Centuarorum. M. AUREL. ROMA. Animadvertendum hoc loco est, in impressis codicibus hoc loco cognomen *Cota*, duplici T. Cotta scribi.

A X S I A.

A. Romæ simulacrum. NASO. S. C.

P. Currus Dianæ cum cervis. L. AXIVS. L. F. Cervi ad currum Dianæ jungebantur. Apollonius Rhodius lib. III. & Callimachus in Hymno Dianæ. Claudianus etiam de laudibus Stiliconis lib. III.

BÆ.

BÆBIA.

A. Simulacrum Romæ. TAMPIL.

P. Quadrigæ. M. BÆBI. Q. F. ROMA. In Capitolinis monumentis *Tampilus* scriptum est, non ut hic *Tampilus*. Facit autem ad locum Ciceronis in Orat. Quin ego ipse cum scirem ita majores locum esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur. Loquebar sic, ut pulcros, cætegos, triumphos Cartaginem dicerem. Quintilianus lib. I. cap. IX. eodem etiam modo dictum est, TRIVM-PVS, & PILIPPVS, in aliis nummis.

CÆCILIA.

A. L. METELLVS. A. ALB. S. F. A. Albinus Sp. filius.

B. Victoria Romam coronans. C. MAL. ROMA.

A. Simulacrum Africæ cum pelle capitis elephantis, spica & aratro.

Q. METELLVS. SCIPIO. IMP. Claudianus de laudibus Stiliconis lib. II.

*Tunc spicis, & dente comas illustris eburno,
Et calido rubicunda die, sic Africa fatur.*

Spicam & aratrum opinor adjecta, quia esset Africa fertilissima. Scipio in Africa Imperator. Cæsar de bello civili lib. III. His temporibus Scipio detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis sese Imperatorem appellaverat. Cur sit Scipio cognominatus. Dion. lib. XL.

P. Herculis simulacrum. EPPIVS. LEG. F. C. fortasse, legatus faciendum curavit. M. Eppius Scipionis partes secutus, ut contra Cæsarem, Cæsar de bello Africo lib. V. De Eppio nonnulla etiam Cicero in epistolis ad Atticum. De hoc Hercules simulacro in Africa. Herodotus lib. II.

A. Effigies coronata. Q. METEL. PIVS.

P. Elephas. SCIPIO IMP. Videtur hic nummus in Africa signatus, cum Metellus hic Pompei focer ibi erit Imperator, duabus autem de causis adducor, ut id credam, tum quia non est adjectum, ROMA, tum etiam quia effigies ipsa Afram potius quam Romanam rationem sequi videtur. Elephantem autem opinor additum, quia Metellus primus elephantem primo Punico bello duxit in triumphum. Plinius lib. VII. cap. 43. Florus lib. XIV.

A. Roma. ROMA.

P. Vir triumphans in curru elephantum. C. METELLVS.

A. Simulacrum Pietatis cum ciconia.

P. Elephas. Q. C. M. P. I. Q. Cæcilius Metellus Pius Imperator. Ciconiam Piam esse in parentes multi scripserunt, inter quos Plinius lib. X. cap. XXIII. a qua etiam adagium illud fluxit *ἐπιεικής*. Appicta igitur hic erat Ciconia, ut pietas in parentes significaretur, qua etiam causa Metellus ipse Pii cognomen meruit. Vellejus lib. II. Q. Metellus Numidici filius, qui meritum cognomen Pii consecutus erat, quippe expulsum civitate L. Saturnino Tr. Pl. quod solus in leges ejus jurare noluerat, Pietate sua, auctoritate Senatus, consensu Reip. restituit patrem. Valer. Max. lib. V. c. 2. Appianus lib. L.

A. Simulacrum Pietatis cum Ciconia.

P. Corona querna, lituus, & vas. IMPER. Nummus est Q. Cæcili Metelli Pii de quo supra. Vas adjectum, quia fuit Pontifex Maximus. Alconius in Orat. pro Cornelio.

A. Roma. ROMA.

P. Clypeus, & corona. M. METELLVS. Q. F. Caput elephantis in medio coronæ, ob ea quæ de Metello supra notata sunt.

A. Effigies coronata. ROMA.

P. Clypeus, & corona. M. METELLVS. Q. F. In medio clypei caput elephantis.

A. Roma. Q. ME. F.

P. Juppiter in curru. ROMA.

A. Idis simulacrum unam habens in capite, dextra manu tenens sistrum. Q. METEL. PIVS. SCIPIO. C. T. A.

P. Simulacrum cum alis, dextra caduceum, leva rotam tenens. P. CRASSVS. IVN. LEG. PROP. Cicero ad Q. Fratrem lib. III. cap. ult. Crassum Junianum hominem mihi deditum per me demeruit. Videtur autem Crassum adoptasse aliquem e Juniorum familia.

A. Simulacrum Termini, ut videtur, sed Africana ratione. Spica & baculum. METELLVS. SCIPIO. IMP.

P. Copiæ cornu, trutina, sella curulis, & spicæ. CRASS. IVN. LEG. PROP. in alio: CRASS. IVN.

CAESIA.

A. Simulacrum juvenis imberbis, manu sagittas gestantis. Duo simulacra, & canis medio & supra Vulcani caput cum forcipibus.

P. L. CÆSI. A. TR. idest, Lares. Hi Lares sunt, qui sic finguntur; caput vero Vulcani, quia is est Deus ignis, & Lares in foco coluntur. Juvenis vero effigies erit simulacrum Vejovis, quo de vide Gellium lib. V. cap. XXII. & Ovid. Fast. lib. III. Fuit enim Vejovis simulacrum in Æde quæ sita est inter arcem, & capitolium. Sagittas tenebat, quæ videlicet paratæ viderentur ad nocendum, quapropter plerique Apollinem esse crediderunt. Illud etiam hoc loco non est prætereundum, videri in nummo Lares ipsos succintos canina pelle. Quid etiam adfians canis velit, Plutarchus in Problemat. Cur inquit, Laribus, quos proprie Præstites vocantur, canis assistit, ipsi autem Lares canum vestibus vestiuntur, idem & Macrobius in Saturnalibus.

CALIDIA.

A. Roma. ROMA.

P. Biga. M. CALID. Q. MET. CN. FOVL. idest Marcus Calidius Quintus Metellus Cneus Fulvius.

A. Simulacrum Romæ. ROMA.

P. Biga. CN. FOL. M. CA. Q. MÆ. M. Calidius Cn. Follius Q. Metellus, triumviri opinor monetales.

CALPURNIA.

A. Simularum Saturni, cum falce. PISO CÆPIO.

P. Duo viri sedentes, & spicæ duæ a latere. AD. FRV. EMV. EX. S. C.

Sunt opinor, duo ædiles, qui ut frumento præessent a Cæsare, instituti sunt. Dion. lib. XLIII. & Digest. lib. I. num. II.

Capio Serviliorum, Piso Calpurniæ familiæ cognomen. Extat nummus alter argenteus, in cuius postica eadem fere signata sunt, quo & in hoc impressa videntur. Habet enim duos viros sedentes, & spicas; in attica vero Cereris simulacrum cum literis ÆD. PL. V. Cum igitur ædiles ad frumentum emundum crearentur, non immerito Ceres signata est, quæ frumento præest. Saturnum vero fuisse agriculturæ repertorem, nemo est, qui ignoret. Itaque, ut inquit Fulgentius, propter Annæ erogationem ad se populos attrahens, a farurando dictus est, Saturnus, proptereaque Falcifer a Poetis cognominatur. Ovidius:

Causa ratis superest, Tuschum rate venit ad anne,

Ante perrerato Falcifer orbe Deus, &c.

A. Effigies. NVMA. CN. PISO. PRO. Q.

P. Navis rostrum. MAGN. PROCOS.

Calpurniorum familia, cujus cognomen PISO, a Calpo Numæ Pompilii filio duxit originem; eaque de causa Horatius in arte Poetica, Pisones Pompilium sanguinem dixit: *Vos o Pompilius sanguis*, &c. Plutarchus in Vita Numæ, Appianus in Mithridatico scribit P. Pisonem unum e Pompeii profectis fuisse.

A. Simulacrum, ut mihi quidem videtur, Apollinis.

P. Eques currens, cum palma. C. PISO. L. F. FRVG.

A. Corona myrtea, vel laurea. M. PISO. M. F. FRVGI.

P. Terminus, corona, & vas.

Calpurniorum familiam, cujus cognomen PISO, a Calpo Numæ Pompilii filio habuisse originem, jam satis constat. Numa vero ipse Termino Deo facellum erexisse tradunt in colle Tarpejo, cui nihil animatum sacrificaretur, sed liba tantum, pulvis, & frugum primitiæ. Dionysius Halicarnass. lib. II. Plutarch. in Problemat. Termino, inquit Festus, sacra faciebant, quod in ejus tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius statuit, eum qui terminum exarasset, & ipsum & bovem sacros esse, &c. Extat nummus hic, non a libi, quod sciam, notatus, apud Themam Cavalerium.

C A R I S I A.

A. Simulacrum Deæ. MONETA.

P. Incudo, Malleus, & Forceps. T. CARISIVS. Moneta, Junonis est cognomen. Quæ a Livio lib. VII. & Cicerone referuntur, quod moneta scilicet Juo a moneo verbo denominata fuit mihi non satis placet. Quod vero a Suida de eadem scriptum est maximopere probatur. Inquit enim cum Romani pecunia indigerent in bello contra Pyrrhum, & Tarentinos, Junonem orasse, quæ illos monuit, si Justitiæ annis uterentur, pecuniam eis futuram. Quod cum Romanis recte contigisset, Monetam Junonem veneratos esse, ejus rei signum fuisse, quod nomisma, idest, moneta inscripta in ejus templo aservabatur.

A. Simulacrum, ut opinor, victoriæ, ROMA.

P. Pila, Copia cornu, navis, clavus T. CARISIVS. III. VIR.

A. Simulacrum Deæ.

P. Sphinx. T. CARISIVS. III. VIR.

Sphingem in nummo expressit Carisius, non qualem Plinius lib. VIII. cap. 21. vel Solinos cap. 40. sed qualem poetæ describunt. Aufonius in ternario numero:

Terruit Ioniam volucris leo, virgo, triformis.

Sphinx, volucris pennis, pedibus fera fronte pulla.

Fieri autem potest ut Carisius III. Vir monetalis Augusti temporibus, sphingem signaverit, ut Augusto rem gratam faceret, qui ut Dion scribit lib. LI. Sphinge pro signo usus est. Suetonius in Augusto cap. V. in diplomatibus, libellisque, & epistolis signandis, initio sphinge usus est: mox imagine Magni Alexandri, deinde sua.

A. Simulacrum Victoriæ.

P. Victoria in biga. T. CARISIVS.


C A S S I A.

A. Simulacrum libertatis. C. CASSI. IMP. LEIBERTAS.

P. Lituus, & vas. LENTVLVS. SPINT.

Lentulus Spinter fuit Pontifex. Cæsar de bello civili lib. I. ideo vas oppositum. Quod autem fuerat Pompejarum partium, Cæsar eodem loco. Hic est ille Cornelius Lentulus, ni fallor, ad quem M. Tullius primum illud volumen epistolarum (ut dicunt) familiarium scripsit. Libertatis simulacrum in argenteis, vel aureis nummis velato capite nondum observatum est, itaque concordiæ signum potius esse crediderim, cum ita in omnibus fere nummis notari soleat, facit autem ad locum Ciceronis in Orat. pro domo sua ad Pontifices. Q. Martius (inquit) Censor signum concordiæ fecerat, idque in publico collocarat. Hoc signum C. Cassius cum in Curiam transfulisset, collegium vestrum consulit, nunquid esse causæ videretur, quin id signum, curiamque dedicaret?

A. Simulacrum vestæ. Q. CASSIVS. VEST.

P. Templum vestæ , & verna.

L. Cassius tulit legem tabellariam. Cic. in lib. de claris oratorib. & de legib. lib. III. Hujus legis absolvendi nota erat, A, condemnandi autem C. Ascon. in Divinat. In Divinatione & in aliis causis majoribus universi Judices in eistamen tabulas simul coniciebant suas, eaque insculptas literas habentes. A. absolutionis, C. condemnationis cum de alicujus capite agebatur. NL. ampliacionis. His enim literis significabant non liquere. Idem in III. Verrina. Nam cum condemnandi nota esset C. littera, absolvendi A. ampliandi signum NL. dabant, quo significabant non liquere unde ampliatio nascebatur, simulacrum vestæ cum templo opinor adjectum, quia Cassius templum vestæ purgavit damnatis virginibus incestis. Asconius in Milon. De forma templi Vestæ Ovid. Fastor. lib. VI. cum de templo Vestæ loquitur, inquit:

*Et quantum a summis tantum secessit ab imis
Terra, quod ut fiat forma rotunda facit.
Par facies templi, nullus procurrit in illo
Angulus, &c.*

Plin.

Plin. lib. XXXIV. cap. 3.

A. Simulacrum libertatis. Q. CASSIVS. LIBERT.

P. Templum vestæ, urna & tabella AC.

A. Simulacrum vestæ.

P. Vir ponens suffragium in urna. LONGIN. III. VIR. Spectat hic nummus ad legem Cassiam tabellariam supra notatam. Longinam enim esse Cassiæ familiæ cognomen nemo est qui nesciat. Ego vero opinor hanc esse legem a Longino latam de populi judicio. Cicero pro Cornelio. Etiam hæc recentiora prætereò, ponam principium justissimæ libertatis, Cassiam, qua lege suffragiorum vis, potestasque convaluit, alteram Cassiam, quæ populi judicia firmavit. Asconius ibidem. Quæ sit ista lex Cassia, qua suffragiorum potestas convaluit, manifestum est. Nam ipse quoque paulo ante dixit, legem Cassiam tulisse, ut populus per tabellam suffragium ferret. Altera Cassia lex, quæ populi judicia firmavit, quæ sit potest quæri, est autem hæc L. Cassius L. F. Longinus Tribunus plebis C. Mario C. Flavia Fimbria Cos. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut quem populus damnasset, cuius imperium abrogasset, in Senatu non esset &c. fol. 52. a.

A. Simulacrum Romæ cum signo X & urna.

P. Quadriga. C. CASSI.

Urnæ adjectam opinor, ob eandem legem Cassiam Tabellariam, de qua supra. Asconius in II. Verrina leges Cassiæ tabellariæ de suffragiis libere ferendis non voce, sed tabula, &c.

A. Simulacrum Liberi patris hedera coronati.

P. Simulacrum Liberæ, seu Proserpinæ, nam eadem est, hedera coronatæ. L. CASSI. Q. F. Nam Cassius Consul ædem Liberi, Liberæque dedicavit. Dionys. lib. VI.

A. Cereis simulacrum. CÆCIAN.

P. Boves aratrum trahentes. L. CASSI.

Admonet me locus Ciceronis in Verrem Orat. V. ut hanc Cassiam legem frumentariam esse credam a Cassio latam, qui Consul cum M. Terentio fuit. Asconius in Verrina III. in quo ipso magistratu legem tulit.

A. Simulacrum Apollinis.

P. Aquila fulmen tenens, lituus, & vas. Q. CASSIVS. Cassius Apollinis cognomentum apud Menandrum, cujus ara in comediæ scena statuta fuit: Cælius Phodigious.

A. Mulieris simulacrum. C. CASSI. IMP.

P. Acrostolium navis. M. SERVILIUS. LEG.

Vide nummum Longi, & Cascæ infra.

C I P I A.

A. Biga.

P. Roma. M. CIPI. M. F.

C L A U D I A.

A. Effigies Marcelli, cum signo Sicilia. MARCELLINVS.

P. Vir referens spolia opima in templum Jovis Feretrii. MARCELLVS. COS. QVINQ.

De templo Jovis Feretrii, ac iis qui spolia eo opima retulerunt, Liv. lib. I. Propertius lib. IV.

de Marcello, qui spolia opima rectius retulit, Virgilius lib. VI. Capitolina monumenta. M. CLAUDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS ANN. DXXXI. COS. DE. GALLIS. INSVBIBVS. ET GERMAN. K. MART. ISQVE. SPOLIA. OPIMA. RETTVLIT. DVCE. HOSTIVM. VIRDVMMARO. AD. CLASTIDIVM. INTERFECTO. Signum vero Siciliae additum existimo, quia ex Sicilia de Syracusanis in monte Albano triumphavit. Livius lib. 26. Pridie quam urbem iniret, in monte Albano triumphavit, inde ovans, multam præ se prædam in urbem intulit, cum simulacro captarum Syracusarum catapultæ, balistæque & alia omnia instrumenta belli lata. Plutarch. & Plin. de Viris illust.

A. Simulacrum Dianæ.

P. Bigæ CXXXVIII. TI. CLAVD. TI. F. AP. N.

A. Romæ caput galeatum.

P. Biga. C. PVLCHER.

Pulcher Claudiæ familiæ cognomen.

A. Simulacrum Apollinis.

P. Diana faces manibus gestans. P. CLODIVS. M. F.

Quod Dianam geminas faces gestantem induxerint, Callimachus in ejus hymno, & Sophocles in Trachiniis &c. Interpres Sophoclis eo in loco ita scribit &c. Vide & Lilius Gregorium Giraldum in libro de Diis Gentil. & Callimachi Interprete in hymno Dianæ.

A. Apollinis simulacrum. C. CLODIVS. C. F.

P. Simulacrum vestæ. VESTALIS.

Hæc opinor, est Claudia vestalis, quæ patrem triumphantem in curru comitata est, eadem enim est Claudia familia, ac Clodia. Cic. pro Clodio.

A. Simulacrum solis.

P. Luna, cum quinque stellis. P. CLODIVS. M. F.

C L O V L I A.

A. Roma.

P. Biga. T. CLOVLI. & infra spica.

C O E L I A.

A. Effigies Cœlii. C. COEL. CALDVS. COS. Caput Caldi Consulis, pone quod signum militare in quo his, & ante caput A per parvulus.

P. Duo trophæa, & vir in lecto forte recumbens in Epulo quod in Capitolio semper viri Epulonum celebrabant cum litteris C. CALDVS. IMP. A. X. idest Imperator Aug. Decemvir. L. CALDVS. VII. VIR. EPVL.

Caldus hic III Vir. fuit opinor Quæstor Cic. Procos. in Cilicia, filius L. Caldi VII viri Epulo, & nepos Caldi Cos.

Ex Valerio Max. colligitur quod viri antiquitus in lectulis duntaxat, mulieres vero in sellis discumberent. Val. Max. lib. 2. cap. 1. Feminae cum viris cubantibus sedentes cœvitabant, quæ consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit. Nam Jovis Epulo, ipse in lectulo n, Juno, & Minerva in sellas ad cœnam invitabantur. Septem viri Epulonum quam primum creari cœnt; Cic. in lib. III. de Orat. Nam tres prius epulones instituti fuerant, ut ludorum epulone sacrificium facerent, deinde duo tribus additi, quinque fuerunt.

Cr-

Cælii septemviri epulonum extat etiam hodie monumentum Romæ. Caldas igitur de quo in nummo, cum & ipse septemvir esset, Jovem in Lectulo discumbentem finxit ob ea quæ supra ex Valerio notavimus.

A. Effigies eadem. L. COEL. CALDVS. COS. [L.D.]

P. Solis simulacrum. CALDVS. III. VIR.

Cælius tabellariam legem tulit de qua Cic. lib. 3. de Legibus. Cælius perduellionis iudicio tabellam dedit notæ scilicet [L.D]. Atque ut ego existimo, significatur *Liber*, & *Damno*: nec vero id alicui absurdum videri debet. Cassius enim, qui primam legem tulerat de Populi iudicio, notavit A. C. hoc est, *Abolvo*, & *Condemno*, ut in nummo Q. Cassii notatum est, in quo hæc tabella depicta est [A.C]. Cælius vero ne iisdem uteretur notis, quando quidem alia lex, litera signavit L. D.

A. Roma.

P. Cupiolo in biga. C. COIL. CALD.

Coilius, pro Cælius, græco diphtongo, ut Æmilius in Capitolinis monumentis pro Æmilius.

A. Roma.

P. Castor, & Pollux equites. L. COIL.

CONSIDI A.

A. Simulacrum Veneris. C. CONSIDI. NONIANI. S. C.

P. Templum in monte ante portam ERVC.

De templo Veneris Erycinæ. Strabo lib. VI. erat & Romæ templum Veneris Erycinæ prope portam Gallinam. Livius lib. XXX. & lib. XL. & Ovidius Fastor. lib. IV.

Templa frequentari collinæ proxima portæ.

Nunc decet: a siculo nomina colle tenet. Confidii Noniani meminit Cicero in epistola ad Tironem. Nummus huiusmodi aureus extat apud Fulvium Ursinum, sed majoris ponderis, quam alii aurei nummi esse solent.

A. Simulacrum Deæ.

P. Sella curulis. C. CONSIDI. PATI.

COPONIA.

A. Clava cum exuviis leonis. C. COPONIUS. PR. S. C.

P. Effigies quædam. Q. SICINIUS. III. VIR.

T. Coponius Tiburtius in Civium Romanorum numerum adscriptus. Cicero pro Cornelio Balbo Tibur Herculeum. Strabo lib. V. Martialis lib. I. Tiburi templum Herculis. Suetonius in Augusto cap. 72. locus Velleii lib.

CORDIA.

A. Simulacrum Castoris, & Pollucis. RVFVS. III. VIR.

P. Mulier lances tenens. M. CORDIVS.

A. Simulacrum. RVFVS. S. C.

P. Cupido Delphino insidens. M. CORDIVS.

A. Ægis Palladis. M. CORDIVS.

P. Galea ipsius Palladis, & supra noctua. RVFVS.

CORNELIA.

A. Effigies Syllæ. SVLLA COS.

P. Effigies Pompeii Rufi. Q. POMPEIVS. RVFVS. RVFVS. COS. Fuertat Consules Cornelius Sylla, & Pompeius Rufus anno P. R. C. DCLXV.

A. Sella curulis, & lituus. SVLLA. COS.

P. Sella curulis. Q. POMPEI. Q. F. RVFVS. COS. Q. POMPEI. Ab altero sellæ latere inest ramus, ut mihi quidem videtur, olivæ; ab altero spiculum, quibus pacem, & bellum notari credendum est.

A. Simulacrum Deæ. L. SVLLA.

P. Duo trophæa, lituus, & vas. IMPER. ITERVM.

Nondum tertium erexerat trophæum Sylla, inde Imperator iterum. Tria namque trophæa erant Syllæ signum. Dion. lib. XLII. De duobus Syllæ trophæis mentionem etiam facit Plutarchus in eius vita, & in libello de Fortuna Romanorum.

A. Effigies Junonis, cui a tergo adest sceptrum.

P. Tria trophæa. Faustus.

Tria Syllæ trophæa sunt hæc.

A. Simulacrum Cereris, cum spicæ corona.

P. Juno Sospita augurem coronans, & avis a tergo Junonis. Q. CORNVFICI. AVGVV. IMP.

Avis opinor ad auguratum spectat Q. Cornificius unus e Cic. competitoribus. Alconius Pedianus.

A. Effigies cum pelle leonis.

P. Tria trophæa. LIBERATOR. VRBIS. P. P.

Opinor hunc nummum signatum esse a Sylla, vel Fausto ejus filio in patris memoriam, cum habeat caput tectum leonis pelle, ut nummus infra notatus, & tria Syllæ trophæa. Quem cum triumpharet, Romani appellaverunt Conservatorem, & Patrem.

A. Effigies cum leonis pelle. S. C. Faustus.

P. Pila, & circum quatuor coronæ.

A. Simulacrum Dianæ, & lituus. FAVSTVS.

De Fausti auguratu Dion. lib. XXXIX.

P. Vir in folio positus, ac duo genuflexi, quorum alter palmam præbet ei, qui sedet. FELIX non erit inficiendum quin altere genuflexis sit Bocchus, qui Jugurtham victum Syllæ tradit, qua de re Sallustius in fine Jugurthinæ belli. Quia etiam traditione Sylla semper signavit. Plin. lib. 37. cap. I. Sylla Dictator traditione Jugurthæ semper signavit. Valerius Maximus lib. 8. cap. II. L. autem Sylla etiam si ad neminem scriptorem animum direxerit, tamen Jugurtha a Boccho Rege ad Marium perducto totam sibi laudem cupide asseruit, ut annulo quo signatorio utebatur sculptam illam traditionem haberet. Plutarch. in Sylla, & in Mario.

A. Romæ simulacrum. L. MANIL. PROQ.

P. Quadriga. L. SVLLA. IMP.

Hic nummus invenitur etiam aureus, sed majoris ponderis, quam sunt alii aurei.

A. Simulacrum G. P. R. Genius Populi Romani.

P. Pila, ramus oleæ, & navis gubernaculum. CN. LEN. Q. EX. S. C. idest, Cn. Lentulus Quæstor ex Senatusconsulto.

A. Simulacrum idem.

P. Pila, & eadem re. EX. S. C.

LENT.

LENT. CVR. X. FL. hoc est, Lentulus curator denariorum Flandrorum.

A. Herculis simulacrum. Q.

P. Vir ab altero coronatus.

Q. LENT. MAR. F. idest, Q. Lentulus Marcellini filius.

A. Simulacrum Jovis, & flax messoria. LENT. MAR. COS.

P. Caput mulieris cum tribus cruribus, & tribus spicis, quia figura Sicilia describitur, a tribus promontoriis, unde & Trinacria dicta est. Cicero in Verrem. Scio C. Marcellum, & Cn. Lentulum Marcellinum, quorum fide, atque præsidio Siculi maxime utuntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adjuncta sit. Asconius in Commentariis ejusdem orationis dicit Marcellos, & Marcellinos gentiles, & quare Siciliae patroni sint. Cicero in V. Verrinarum dicit Marcellos antiquissimos Siciliae patronos. In IV. Verrinarum Marcella festa Syracusis & quare. Cn. Lentulum patronum Siciliae audistis. Quare credendum est Lentulum signasse Siciliae figuram, ut ostenderet se esse ex Marcellinorum familia, quæ cum esset Claudia, in Corneliam adoptata est; & qui primus adoptatus fuit dictus est Cornelius Lentulus Marcellinus.

A. Securis, culter, & vas. BRVTVS.

P. Lituus, & vas. LENTVLVS. SPIN.

A. Effigies cum galea forte Martis simulacrum. BLASIO. GN. F.

P. Roma virum coronans. ROMA.

Blasio Corneliae familiae cognomen.

A. Jovis simulacrum.

P. Juppiter in quadrigis. L. SCIPIO. ASIAG.

Getulicus fortasse, nisi in aliis pro G. C. videtur. Hic igitur locus mihi valde suspectus est.

A. Jovis simulacrum. NERI. Q. VRB.

P. Duo signa Cohortium, in quorum medio inest aquilæ signum. L. LENT. C. MARC. COS. in dextera littera H. in sinistra P.

A. Simulacrum Apollinis. L. LENT. C. MARC. COS.

P. Signum Jovis, dextra fulmen, leva aquilam tenentis, a dextera etiam parte adest stella, læva autem ara. Q.

Hic nummus habet consules L. Cornelium Lentulum, & C. Marcium ut in nummo NERI. Q. VRB. notatum est.

CORNIFICIA.

A. Simulacrum Jovis Ammonis.

P. Juno Sospita Augurem coronans. Q. CORNIFICI. AVG. IMP.

COSCONIA.

A. Roma. L. COSCO. M. F.

P. Biga. L. LIC. GN. DOM.

A. Signum Africae cum proboscide, & aure elephantis.

P. Sella curulis, & galea. L. GESTIVS. C. NORBAN. PR. S. C.

Nummus aureus extat apud Fulvium Ursinum. Quod Africa ita fingeretur, supra in Metello notatum est ex Claudiano.

COSSUTIA.

A. Simulacrum Medusæ. Sabula.

P. Bellerophon Pegaso insidens. L. COSSVTI. C. P. XXXI.

CREPEREJA.

A. Simulacrum Deæ & testudo.

P. Neptunus insidens curru equorum marinarum. Q. CREPEREIVS. ROGVS.

CREPUSIA.

A. Simulacrum Deæ. CENSORIN.

P. Biga L. LIME. P. CREPVSI. Triumviri monetales.

A. Simulacrum Apollinis, opinor.

P. Eques. P. CREPVSI.

CURIATIA.

A. Roma. TRIGE.

P. Quadriga. C. CVRI. ROMA.

Curatius Trigeminus. Curatiorum, & Horatiorum historia apud Livium lib. I.

DIDIA.

A. Simulacrum Concordiæ. P. FONTEIVS. CAPITO. III. VIR. CONCORDIA.

P. Villa publica. T. DIDI. IMP. VIR. PVB.

T. Didius Imperator in Hispania. Sallustius in Histor. apud Gellium lib. 2. cap. 27.

A. Roma.

P. Duo viri pugnantes. T. TEIDI.

DOMITIA.

A. Romæ simulacrum, & spica.

P. Biga, & vir cum leone pugnans. ROMA. CN. DOMIT.

Plinius lib. VIII. c. 36. M. Pisonem, M. Messalla Cos. Domitium Anenobarbum Ædilem curulem urfos Numidicos centum, & totidem Æthiops venatores in circo dedisse; minor adjectum Numidicos fuisse, cum in Africa non gigni urfos constet. Hæc Plinius. Ego quidem, si conjecturæ locus sit, crediderim Cn. Domitium, de quo in nummo Ædilem fuisse, spicam autem adjectam, quia ædiles curarent annonam. Cicero de Legib. lib. 3. opinor vero dedisse centum leones, non urfos, sed annales fuisse mendosos, Plinioque ambigendi causam dedisse. Dubitandi autem nulla fuisset occasio si leones ibi, ut in nummo scriptum fuisset.

A. Roma. L. PORCI. LIC.

P. Biga. L. LIC. CN. DOM.

A. Effigies Cn. Domitii. AHENOBAR.

P. Trophæum supra rostrum navis. CN. DOMITIVS. IMP.

Hic fuit Neronis proavus, de quo Suetonius in Nerone cap. 30. Trophæum supra navis rostrum, quia fuit classis præfectus.

Suetonius ibidem. Dion. lib. XLVIII.

A. Simulacrum Romæ, ROMA.

P. Currus triumphalis. CN. DOMIT.

A. Roma. L. POMPONI. CN.

P. Mars in biga. L. LIC. CN. DOM.

EGNA-

E G N A T I A.

- A. Simulacrum Cupidinis. MAXSUMVS.
 P. Porticus, & duo viri. EGNATIVS. GN. F. CN. N.
 De Egnatio Maximo, Cicer. ad Atticum lib.
 XIII.

E G N A T U L E J A.

- A. Apollinis caput laureatum. C. EGATVLEI.
 C. F. Q. idest C. Egnatulei Caii filius Quæstor.
 P. Victoria. Q. in area: in imo ROMA.

F A B I A.

- A. Appollo. MAX. Maximus.
 P. Corona, in cuius medio Cornucopiæ, &
 Fulmen. Maximus Fabiorum cognomen.
 A. Roma.
 P. Simulacrum Romæ sedens, manu gestans
 Flaminis apicem. In Clypeo Romæ sunt hæc literæ.



N. FAB. PICTOR.

- Q. Fabius Pictor Flamen Quirinalis. Livius lib.
 XXXVII. Præturas deinde sortiti sunt L. Postu-
 mius Albinus Urbanam, & inter peregrinas M.
 Sempronius Tuditanus Siciliam, Q. Fabius Pictor
 Flamen Quirinalis Sardiniam. Idem eodem libro
 Prætores exinde facti duo Q. Fabii, Labeo, & Pi-
 ctor, Flamen Quirinalis eo anno inauguratus fue-
 rat &c. M. Fabius Pictor Flamen Quirinalis. Liv.
 lib. XLV. puto autem depravatam eum locum esse
 ac pro N. positum esse M. prænomen.

- A. Simulacrum mulieris velatæ. EX. A. PV. ar-
 gento publico.
 P. Biga. C. FABI. C. F. & avis, & littera N.
 Erit fortasse Buteo avis, a qua Fabiorum fami-
 lia cognomen accepit. Plin. lib. X. cap. VIII.
 A. Roma. LABEO.
 P. Quadriga. Q. FABI.
 Q. Fabii Labeonis meminit Cicero in libris de
 Oratore ad Q. fratrem.

F A N N I A.

- A. Ceres. AED. PL.
 P. Duo viri sedentes, & spicæ duæ.
 M. FAN. L. CR. P. A. hoc est, publico argento.
 Diodorus Siculus lib. XX. 751. meminit Flavii
 primi Ædilis pl.
 A. Roma. ROMA.
 P. Quadriga. M. FAN. C. F.

F A R S U L E J A.

- A. Libertas. S. C. MENSOR.
 P. Biga Palladis. L. FARSVLEI. XV.

F L A M I N I A.

- A. Romæ. ROMA.
 P. Biga. Q. FLAMIN. CILO.

F L A V I A.

- A. Roma.

- P. Biga. ROMA. FLAV.
 A. Simulacrum Deæ. Forte Veneris. PRI. FL.
 III. VIR.
 P. Biga. L. FLAMIN. CHILO.
 A. Simulacrum Deæ. C. FLAV. HEMIC. LEG.
 PRO. PR.
 P. Victoria coronam, & palmam tenens, tro-
 phæa quædam.
 Q. CAEP. BRVT. IMP.

F O N T E J A.

- A. Simulacrum mulieris coronatæ. M. FON-
 TE. M. F. R. Roma.
 P. Cupido hirco infidens, Pilea Castoris, & Pol-
 lucis cum stellis, Flumen. Hujusmodi nummus ar-
 genteus extat alibi iidem fere signis, pro FONTEIO
 tamen habet CETHEGVS.
 A. Simulacra Castoris, & Pollucis cum stellis.
 P. Triremis. M. FONTE.
 Sunt enim hæc stellæ navigantibus propitiæ.
 Horatius lib. I.
*Sic te Diva potens Cypri, sic fratres Helena
 Lucida sydera, ventorumque regat pater.*
 Plin. lib. II. cap. 37. Diodorus lib. V.
 A. Janus bifrons.
 P. Triremis. M. FONT. ROMA.
 A. Mars. L. FONTEIVS. L. F. CAPITO. III. VIR.
 P. Eques currens in milites. M. FONT. TR. MIL.
 Vide Cæsarem de bello Africo 470.

F U F I A.

- A. Simulacrum honoris, & virtutis. HO. VIR.
 KALENI.
 P. Signa Italiæ, & Romæ. Quæ orbi dextro
 pede ingitur. ITA. RO. in imo CORDI. Livius lib.
 VII. dec. 3. Marcellum ait, aliæ atque aliæ obje-
 ctæ animo Religiones tenebant, in quibus quod
 cum bello Gallico ad Clastidium ædem honori, &
 virtutis vovisset, dedicatio ejus a Pontificibus im-
 pediebatur, quod negabant unam cellam duobus
 Deis recte dedicari, &c. Vitruv. lib. VII. Mutius
 magna scientia confusus ædes honoris, & virtutis
 marianæ cellæ, &c. Val. Max. lib. I.

F U N D A N I A.

- A. Roma. Q.
 P. Quadriga. C. FVNDANI.

F U R I A.

- A. Janus. M. FOYRI. L. F.
 P. Victoria, & trophæum. PILLI. ROMA.
 An fortasse quia de Gallis Liguribus triumphavit
 anno P. R. C. DXXXV. Vide Capitolina monu-
 menta. Nec enim alius Philii triumphus, quod
 sciam, reperitur, vel amplius quærendum erit.
 A. Ceres. BROCHI. III. VIR.
 P. Sella curulis, & fæces. L. FVRI. CN. F.
 A. Cibeles turrata. Æd. Cur. a tergo simulacri,
 est adjectus pes.
 P. Sella curulis. L. FOYRIVS. CRASSIPES.
 Pes, opinor, appositus, ut notaretur unde Fu-
 riorum familia Crassipedis cognomen sit sortita.

G E L L I A.

- A. Corona ut videtur, oleagina, & Romæ si-
 mulacrum.

r. Mar-

P. Marsa victoria coronatus in quadriga. GN.
SEL. in IMOROMA.

HERENNIA.

A. Simulacrum pietatis. PIETAS.
P. Æneas Anchisem ferens. M. HERENNI.

HIRTIA.

A. Effigies Cæsaris velata. C. CÆSAR. COS.
TERT.
P. Lituus, & vas, & securis. A. HIRTIVS. PR.
Nummus hic aureus est.

HOSIDIA.

A. Diana. GETA. III. VIR.
P. Canis, & sus. C. HOSIDI. C. F.
Canis, & sus additi, quia venatrix esset Diana. Itaque & in nummo Albini hujusmodi quoddam signatum videtur.

HOSTILIA.

A. Effigies coronata.
P. Simulacrum victoriæ. L. HOSTILIVS. SASERNA.
A. Simulacrum Dianæ. L. HOSTILIVS. SASERNA.
P. Effigies, opinor, ejusdem Dianæ.
A. Effigies quædam promissa barba, & capillis.
P. Biga. L. HOSTILIVS. SASERNA.

Videndum an effigies hæc sit palloris, cui fanum Tullus Hostilius Rex vovit. Liv. lib. I. supra currum autem simulacrum quoddam videtur, quod si pavoris esse dicamus, mihi certe non improbabitur, illi enim fanum vovit etiam Hostilius Rex.

JULIA.

A. Effigies Cæsaris, lituus, & vas. CÆSAR. IMP. P. M.
P. Simulacrum mulieris, ut in postico Sepullii Macri. L. ÆMILIVS. BVCA.
A. Effigies Cæsaris velata. CÆSAR. DICT. PERPET.
P. Simulacrum Romæ. L. SEPVLLIVS. MACER.
A. Effigies Cæsaris cum laurea. CÆSAR.
P. Simulacrum Romæ. P. SEPVLLIVS.
A. Effigies Cæsaris velata. CÆSAR. PARENS. PATRIÆ.

ANNO DOMINI
MDCCLXXV
MARESIANVS
A. V. C. F. F.

P. aure, argento, auro flando, feriendo.

Hic licet conicere quantopere sit hallucinatus Dion, qui lib. LIV. triumviros monetales constitutos ab Augusto fuisse scribit, cum Cæsaris potius temporibus ex veteris nummi fide instituti fuerint, cui rei accedit etiam testis Cicero in epistola ad Trebatium. Sed ut ego quoque te aliquid admoneam de uris cautionibus, treviros cives censeo, audio capitales esse, mallet auro, argento essent. Dion. lib. LIV. PARENS. PATRIÆ. Cæsar appellatus fuit *Parens Patriæ*, non *Pater*. Suetonius c. LXXXV. Cic. in Antonium Orat. XIII. in epistola Antonii, & in epistola ad Cæcium. Florus autem Tom. VIII.

in epitome lib. I. & lib. IV. Cæsar ex Hispania quintum triumphum egit, & cum multi, maximeque honores ei a senatu decreti essent, inter quos ut *Pater Patriæ* appellaretur. Depravatum autem opinor locum Flori, scribendamque *Parens*, non *Pater*, ut in nummo.

A. Cæsaris effigies.

P. Signum legionis. TI. SEMPRONIVS. GRACCHVS. Q. DESIGN.

A. Effigies Cæsaris coronata. CÆSAR. DICTATOR. PERPETVO.

P. Caduceum, fasces, securis, pila, & manus junctæ. L. BVCA.

Buca Æmiliorum cognomen. Asconius Pædianus in Oratione pro M. Scauro.

A. Simulacrum mulieris. DICT. ITER. COS. TERT.

P. Lituus, & alia quæ ad sacrificia pertinent. AVGV. PONT. MAX. Fuit enim Cæsar Pontifex Maximus. De ejus etiam Augurato Plutarch. in Anton.

A. Elephas. CÆSAR.

P. Apex, securis, vas. Quia Cæsar Pontifex Maximus erat. Elephantem opinor adjectum ob devictam Africam, vel quia Cæsar spectaculum elephantum in arena edidit. Plinius lib. VIII. cap. VI.

A. Simulacrum Pietatis.

P. Æneas Anchisem, & Palladium ferens. CÆSAR.

Ut familiæ Juliæ notaretur origo.

A. Roma. CÆSAR.

P. Cupidines Veneris currui juncti. L. IVLI. L. F. Ut familiæ Juliæ indiceret originem. Virg. Æn. *Nascetur pulchra Trojanus origine Cæsar.*

A. Roma.

P. Venus biga vesta, seu Roma, quæ a cupidine coronatur.

SEX. IVL. CÆSAR. ROMA.

A. Simulacrum Mercurii.

P. Quadriga. L. TVLLI. BVRSIO.

A. Effigies Deæ. C. CÆSAR. IMP. COS. ITER.

P. Simulacrum, quod dextro pede rostro innititur, dextra mano gestat tria crura, Siciliae signum, læva non facile conici potest, quid habeat. A. ALLIENV. PROCOS.

Allienus hic Proconsul Siciliam obtinebat, quo tempore Cæsar fuit Cos. iterum, & in Africam trajecit. Cæsar de Bello ejus lib. V. Deinde Allieno Prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, ut de reliquo exercitu, &c. & infra. Allienus interim Proconsul e Libeo in naves onerarias imponit Legiones XIII. & XVI. & Dion lib. XLII.

A. Cæsaris effigies.

P. Simulacrum altera manu caduceum, altera hastam tenens. L. FLAMINIVS. III. VIR.

A. Effigies Cæsaris. CÆSAR. IMP. stella.

P. Victoria in manu sinistra mulieris. P. SEPVLLIVS. MACER.

A. Effigies Cæsaris.

P. Temo, orbis, cornucopiæ, caduceum, & apex. L. MVSSIDIVS. LONGVS.

A. Effigies Cæsaris, & ramus lauri.

- P. Taurus. L. LIVINEIVS. REGVLVS.
 A. Effigies Cæsaris. CÆSAR. DICT. QVART.
 P. Juno Sospita in quadriga.
 A. Effigies Cæsaris. CÆS. DICT.
 P. Taurus. Q. VOCONIVS. VITVLVS. Q. DESIG.
 A. Simulacrum Jovis. F.
 P. Europa in Tauro, Fulmen R. L. F.
 STRAB.
 Cæsar cognomen Juliae familiae, Strabo vero
 agnomen.

JUNIA.

- A. Simulacrum Plutonis cupresso coronati.
 P. Biga. D. SILANVS. L. F.
 A. Libertatis simulacrum. LIBERTAS.
 P. Consul cum securibus. BRVTVS.
 Hic est primus Bruti consulatus ejectis regibus.
 Virgilius lib. VI.

*Consulis Imperium hic primus, serasque
 secures
 Accipiet &c.*

- A. Effigies Bruti, ejus qui Reges ejecit. BRVTVS.
 P. Effigies Servilii Ahala. AHALA.
 Servilius Ahala magister equitum Sp. Melium
 Tyrannidem affectantem occidit. Livius lib. IV.
 Cic. in Orat. contra Catilinam.
 A. Aeffigies mulieris. COSTA. LEG.
 P. Trophaeum. IMP. BRVTVS.
 Costa, opinor, hic erit cognomen, nam apud
 Cornelium Tacitum lib. 17. Costa est cognomen
 Pedaniorum.
 A. Simulacrum. L. PLAET. CEST.
 P. Securis, & vas. BRVTVS. IMP.
 A. Salutis simulacrum. SALVS.
 P. Biga, & locusta. D. SILANVS. L. F.
 A. Tripes, securis, & vas. Q. CÆPIO. BRVTVS.
 PROCOS.
 P. Libertatis simulacrum. L. SESTIVS. PRO. Q.
 Hic est, opinor, L. Sestius, unus e conjuratis
 contra Cæsarem, cujus meminit Appianus Alexan-
 drius lib. 2. Cæpionem autem Brutum intelligo
 M. ipsum Brutum conjurationis Principem, cujus
 meminit Cicero in fine decimæ Philippicæ, eum-
 que Q. Cæpionem Brutum Proconsulem nominat,
 adoptatum vero existimo a Q. Servilio Cæpio-
 ne avunculo, de quo Plutarchus in Catone Uti-
 cente.
 A. Roma cum signo V.
 P. Victoria biga vecta. XIII. SILANVS. ROMA.
 A. Romæ caput galeatum.
 P. Castor, & Pollux. C. IVNI. C. F. in imo
 ROMA.
 A. Roma.
 P. Castor, & Pollux. M. IVNI. in imo ROMA.
 A. Effigies Regis Jubæ. REX. IVBA.
 P. Templum cum litteris ponicis.
 A. Effigies Bruti, ejus, qui Cæsarem occidit.
 BRVTVS. IMP. L. PLAET. CEST.
 P. Pileus, & duo pugiones. EID. MAR.
 Quod idibus Martii fuerit Cæsar interfectus.
 Suetonius in ejus vita. Hujus nummi meminit
 Dion lib.

LICINIA.

- A. Fidei simulacrum. FIDES. NERVA.
 P. Eques, & vir genuflexus. A. LICINIVS. III.
 VIR.
 A. Roma cum luna, & stellis.
 P. Pons, & forte comitorum, & vir suffragium
 in urnam mittens. NERVA.
 A. Simulacrum Deæ. s. e.
 P. Vir qui frenum tenens. P. CRASSVS. M. F.
 P. Licinius Crassus M. Crassi filius, qui a Par-
 this occisus est, quique in Bello Gallico, quod ge-
 stum est Duce Cæsare præerat equitatu. Cæsar de
 Bello Gallico lib. I.
 A. Effigies opinor Vejovis, sagittas manu ge-
 stantis.
 P. Minerva in quadriga. C. LICINIVS. L. F. MA-
 CER.
 De Vejove Gellius lib. V. cap. XII. Ovid. Fa-
 stor. lib. III. C. Licinius Macer. Licinii Calvi poe-
 tæ pater fuit.

LIVINEJA.

- A. Effigies Livinei.
 P. Spicæ, & mensuræ frumenti. L. LIVINEIVS.
 REGVLVS.
 A. Effigies eadem Livinei.
 P. Venatio. REGVLVS.
 A. Effigies eadem. L. REGVLVS. PR.
 P. Sella curulis. REGVLVS. PRÆT. VRB.
 A. Effigies eadem.
 P. Sella curulis, & sex fasces. L. LIVINEIVS. RE-
 GVLVS.

LUCILIA.

- A. Roma. A. PV. Argento publico.
 P. Biga. M. LVCILI. RVF.

LUCRETIA.

- A. Simulacrum Neptuni. XXI.
 P. Cupido Delphino insidens. L. LVCRETI.
 TRIO.
 A. Effigies solis. L. LVCRETI. TRIO.
 P. Luna, & Septentrio. Varro de lingua latina.
 Quod has septem stellas Græci ñ nostri eas se-
 ptem stellas boves ñ Trimas enim & boves appel-
 lantur a bubulcis ñ, sic omnes qui terram arabant
 a terra triones, unde triones, ut dicerentur de-
 triti. Gellius lib. 2. cap. 21. ut notaret. S. a bo-
 vus Lucretius cognomen sumpsisse.
 A. Castor, & Pullux. CN. LVC. ROMA.
 P. Roma. TRIO.

LUTATIA.

- A. Romæ. CERCO. ROMA.
 P. Corona querna, & in medio triremis. Q.
 LVTATH. Q.
 Q. Lutatius Catulus Classum Carthaginensium
 vicit, & de eis triumphavit anno P. R. C. DXII.
 Q. Lutatii Cerconis fit mentio in Capitolinis mo-
 numentis.

MAJANIA.

- A. Roma.

- P. Biga. c. MAIANI. in imo ROMA.
 A. Roma.
 P. Quadriga. P. MÆ. ANT. in imo ROMA.

M A M I L I A.

- A. Mercurii simulacrum.
 P. Vir, ut videtur meadicus, & canis. c. MAMIL. LIMETAN.

Opinor sit Ulysses, qui domum rediens a cane cognoscitur. Homerus Odiss. lib. XX. Livius lib. I. *Mamilia Tusculano..... qui si fama credimus ab Ulisse Deaque Circe oriundus erat.* Sex Pompejus: Mamiliorum familia a Mamilia filia Telegoni, quia Tusculi procreavit, est appellata, quando id oppidum ipse condidisset. Telegonus Circes, & Ulyssis filius Tusculum condidit. Acron ex Porphyrio in Horatium Epod. Ode I. Plutarchus in Parallelis. Plin. lib. 35. cap. X. Nicomachus primus Ulyssi addidit pileum, pinxit & Apollinem &c. id notandum est. Quia in nummo ipso Ulyssis signum habet pileum.

M A N L I A.

- A. Roma torques. ROMA.
 P. Eques. L. TORQVAT. in imo EX. S. C.
 Hic opinor, torquis est, quo Manlius Gallum spoliavit, unde Torquati etiam cognomen meruit, Liv. lib. VII. Plutarch. in Mario. Cic. Tuscul. lib. IV. & de officiis lib. III.
 A. Simulacrum Sibyllæ. SIBYLL. Ita enim est in nummo Fulv. Urfini.
 P. Torques, & Tripes. L. TORQVAT. III. VIR.
 Torques ad eandem Torquati pertinent Historiam. Tripes vero ad Sibyllam referri potest, & erit forte Delphica, quæ Delphi nata est. Hanc Artemin quidam vocant ante Trojanorum tempora oracula dedisse traditur, & Trojanum excidium prædixisse. Quod si non Delphicam, sed aliam velimus esse e Sibyllis, non laboro, dum illud fateamur, Tripodem sacrum esse Apollini, & e Tripode Prophetas vaticinari solitos, & Sibyllas. Torquatus igitur, modo triumvir, vel aliquis ex ejus familia, fuit aliquando quindecemvir sacris faciendis. Servabantur autem sibyllini libri a xv. sacrorum nec injussu Senatu adiri, ac legi fas erat, ut M. Tullius, & Lactantius scripserunt. Valerius etiam Maximus, & Suetonius in C. Cæsare.

- A. Roma. ROMA. SER.
 P. Quadriga, qua vehitur sol; signum denarii X. duæ Stellæ, & luna. A. MANLI. Q. F.

M A R C I A.

- A. Effigies Ancæ Marcæ cum diadema. ANCVS.
 P. Aquæductus, & supra eques cum ramo forte olivæ. PHILIPPVS. AQVA. MAR.
 Ovid. Fastor. lib. VI. in fine:
Marcia sacrificio deductum nomen ab Anco.
 Philippus autem Marcæ familiæ cognomen. Suetonius in Cæsare cap. VI. Nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges. De aqua Marcia Plin. lib. XXXI. cap. I. & lib. XXXVI. cap. XV. Strabo lib. VI. Cornel. Tacit. lib. XIV. Frontinus lib. I. videndum autem an eques hic sit Marcus Coriolanus, qui cum multis rebus a Consule donaretur,

solum hospitem, & equum quo in acie uteretur accepit. Val. Max. lib. IV. cap. III. Plutarchus in Coriolano. Si autem statua quædam est, non eques, erit forte statua equestris, qua a S. P. Q. R. Marcus Tremulus donatus est, quod mihi magis probatur. Liv. lib. IX. an forsitan statua, quam Philippus Augusto decrevit. Cic. epistola ad Brutum, sed prior opinio mihi magis de Marcio Tremulo probatur.

- A. Effigies cum flamma in capite. ~~MA~~. ROMA.
 P. Eques cum ramo forsitan olivæ. L. PHILIPPVS.
 Videndum an sit flamma, quæ Marcio Duci in Hispania concionanti fusa e capite est. Liv. lib. XXV. Val. Max. lib. L. cap. VI. Plinius lib. II. cap. 110.
 A. Roma.
 P. Castor. Q. PHILIPVS. . . . ROMA.
 Castor equo insidens. Nam, ut Horatius inquit, Castor gaudet equis, & Homerus lib. illud III. & Odissæ lib. II. cum appellat *ιπὸδραμον*. Philippus autem est, studiosus equorum, Græce enim *φιλιππος*, *Pilippus*, pro *Philippus*, ut *Triumpus*, pro *Triumphus*. Quomodo antiqui uterentur aspiratione. Cic. in Orat. Quintil. lib. I. cap. IX.

- A. Simulacrum Apollinis coronatum cum lyra. L. CENSOR.
 P. Statua in columna posita, & vir cum onere quodam.
 Censorinus Marcæ familiæ cognomen.
 A. Simulacrum Jovis, & Junonis.
 P. Defultor in duobus equis. C. CENSO.
 Censorinus Marcæ familiæ cognomen.
 A. Roma. LIBO.
 P. Castor, & Pollux. Q. MARC. ROMA.

M A R I A.

- A. Roma.
 P. Trophæum, & vir quidam. C. MA.
 Videndum an sit Marcii trophæa.
 A. Ceres. CAPIT. CXXVIII.
 P. Vir arans. C. MARI. C. F. CXXVIII.
 Erit forsitan hæc deductio Colonæ Eporedi, quæ deducta est, Mario VI. Consule. Vellejus lib. I. Plin. lib. III. cap. 16.

M E M M I A.

- A. Ceres. C. MEMMI. C. F.
 P. Trophæum. C. MEMMIVS. IMPERATOR.
 Habet Ceres spicæam coronam. Ovid.
Imposuitque suæ spicæa serua comæ.
 A. Effigies Romuli, ut nonnulli existimant.
 Quirinus. C. MEMMI. C. F.
 P. Cereris simulacrum cum spicis, colo, & serpente. MEMMIVS. ED. CERALIA. PREIMVS. FECIT.

Vide de hac re quæ notavit Politianus in suis Miscellaneis. Quod vero Cereris signum matronali habitu, cum spicarum, & papaverum manipulo fingeretur. Lilius Giraldus, in 1. de Diis Gentium notavit. Quare cum colo. Porphyrius in Antro Nympharum ex Orphæo.

- A. Simulacrum quoddam.
 P. Castor, & Pollux. L. MEMMI.

- A. Saturni simulacrum cum falce. ROMA.
 P. Victoria triumphantem coronans. L. MEMMI.
 GAL.
 A. Effigies Saturni coronata cum falce.
 P. Biga. L. C. MEMIES. GAL.

M I N U C I A.

A. Roma.
 P. Columna inter duos posita, quorum alter augurali habitu est. T. MINVCI. L. F. AVGVRI. vel L. MINVCI. L. F. AVGVRI. ut in alio nummo videtur. Credendum est quemadmodum Marcius in honore censuræ Censorinus est appellatus anno P. R. C. CDLXXXVIII. sic aliquem ex Minuciorum familia, augurali sacerdotio egregie functum, Augurini cognomen inde sumpsisse. Id verum esse ostendit, quod Augurem signavit in nummo Minucium, qui nummum peremit. De statua supra columnam L. Minucii Præfecti Annonæ. Plin. lib. XXXIV. cap. 18. & lib. XVIII. cap. 3. Minucius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat farris præcium in trinis nudinis ad assem redegit, undecimus Plebei tribunus: qua de causa statua ei extra portam Trigeminam a populo stipe collata statuta est; & lib. XXXIV. cap. V. Item P. Minucio Præfecto annonæ extra portam Trigeminam unciaria stipe collata &c. In nummo etiam ipso spica signata est, ut hæc annonæ præfectura judicaretur. Vir etiam quidem perspicitur pedem supra arborem tenens, quem opinor esse Sp. Melium, qui Tyrannidem affectabat. Liv. lib. IV. Crimenque a Minutio delatum ad Senatum diludendum &c. Idem eodem lib. I. Minutius bove aurato extra portam Trigeminam est donatus, ne plebe quidem invita, quia frumentum Melianum assibus in modios æstimatum plebi divisit. Hunc Minucium apud quosdam auctores transisse a patribus ad plebem, undecimumque Tribunum plebis cooptatum, seditionem motam & Meliana cæde sedasse invenio &c. Livius quidem bove aurato dicit dono tuus fuisse Minucium, ego vero Plinio, & nummo credendum opinor.

- A. Roma.
 P. Statua in columna ut supra &c. C. AVG. AVGVRIVS.
 A. Roma.
 P. Viri duo pugnantes, & unus terræ projectus. Q. THERM. M. F.
 Opinor hunc esse C. Cæsarem, quia Thermo in expugnatione Mitylenarum Civica corona donatus est. Sueton. cap. 2.
 A. Roma.
 P. Juppiter in quadriga. L. MINVCI. ROMA.
 A. Romæ caput galeatum. RVF.
 P. Castor, & Pollux. Q. MINV. in imo ROMA.

M U S S I D I A.

A. Concordia. CONCORDIA.
 P. Quod signatum in postico est non facile conicitur, mulieres in conca quadam, quæ columnis dextris cubitis nituntur. Cloacin. L. MVSSIDIVS. LONGVS.
 Cloacina Veneris cognomen; Varro de ling. lat. Erat enim Cloacinæ Veneris Templum Romæ.

Cloacinam Deam T. Tattius rex consecravit, cuius simulacrum (ut Lactantius scribit) in cloaca repertum. Vide Geraldum.

- A. Solis simulacrum.
 P. Signatum est, quod & in superiori nummo, duæ mulieres, quæ dextris cubitis nituntur columnis, in conca quadam.
 A. Simulacrum.
 P. Biga. L. MVSSIDIVS. LONGVS.
 A. Simulacrum.
 P. Manus, & caduceum. L. MVSSIDIVS. LONGVS.
 A. Simulacrum Cereris spicea corona.
 P. Spicea corona. L. MVSSIDIVS. LONGVS.
 Nummus est aureus apud Fulvium Ursinum.

N Æ V I A.

- A. Simulacrum Deæ. s. c.
 P. Victoria in quadrigis. C. NÆ. BALB. CCXV.

N A S I D I A.

A. Effigies Cn. Pompeii, tridens. NEPTVN. DELPHIN.
 P. Triremis. Q. NASIDIVS. In alio NASIDIV. Cæsar de bello civil. lib. II. Nasidius ab Cn. Pompejo cum classe navium sexdecim &c. L. Domitio, Massiliensibusque missus, &c. forte error est librario- rum dum L. pro Q. scribunt. Hujus etiam Nasidii meminit Cic. in Antonium orat. VII. quare NASIDIV. pro NASIDIVS; vide nummum Postumii Albinii, Bruti filii.

N O N I A.

- A. Saturni simulacrum cum fasce. SVFENAS. S. C.
 P. Victoria Romam coronans. SEX. NONI. PR. L. V. P. F.
 Forte: Ludos votivos publicos, vel primus, fecit.

N O R B A N A.

- A. Effigies quædam. C. NORBANVS. XXXXVIII.
 P. Fasces, spica, caduceum.

N U M O N I A.

- A. Effigies Numonii. C. NVMONIVS. VAALA.
 P. Pugnantes pro Vallo. VAALA.

P A P I A.

A. Junonis Sospitæ simulacrum, & serpens, de quo Propertius.
 P. Gryphus. L. PAPI.
 A. Junonis Sospitæ simulacrum.
 P. Aquila, & Lupa. L. PAPIVS. CELSVS. III. VIR. Dionys. Halicarnass. lib. I. scribit, sub ipsa Lavinii constitutione signa hujusmodi accidisse; igne accenso per se lupum quidem materiam aridam ore ferentem super ignem iniicere; advolitantemque aquilam motu alarum flammam excitare. Ad- ditque earum rerum monumenta in foro Lavinien- sium simulacra ærea animalium ipsorum esse.
 A. Triumphum simulacrum cum spoliis. TRIVM- PVS.
 P. Lupa, quæ materiam ore fert, & aquila, quæ

quæ alarum motu flammam excitat. L. PAPIVS. CELSVS. III. VIR.

Quæ de hac re scribat Dionys. Halicarnass. lib. I. supra notatum est. Illa tamen animadvertenda sunt, lupum pro lupa perperam legi apud Dionysium: Lavinium etiam quandoque pro Lanuvio male scribi apud autores, ut apud Ovid. in fastis; & Silium lib. XIII. & Dionysium hoc loco, non omnino negligendum est. Id enim videtur confirmate alter nummus, in cujus postico eadem, quæ hic signata sunt, in antico tamen simulacrum est Junonis Sospitæ, quæ Lanuvii colebatur, ut jam sæpius notatum est. Erant igitur hæc signa ænea lupæ, & aquilæ, Lanuvi, non Lavini, ut Codex Dionysii perperam scriptus habet. Quod vero, Triumphum non Triumphum dicerent antiqui, & quæ ea de re scribat Cicero in Oratore, supra plenus notata sunt.

P A P I R I A.

- A. Roma.
- P. Juppiter in quadrigis. CARB. ROMA. Carbo, Papiriorum cognomen.
- A. Roma.
- P. Biga. ROMA. PVR.

P E T I L I A.

- A. Jovis simulacrum. CAPITOLINVS.
 - P. Templum Jovis. PETILLIVS.
- De Petillio Capitolino Horatius lib. I. satyra IV. Templum Jovis Capitolini adjectum forte, quia vellet Petillius cognomen suum a Capitolinis Jovis sacerdotio aliquo, quo functus esset, deductum significari.
- A. Aquila, & fulmen. PETILLIVS. CAPITOLINVS.
 - P. Templum Jovis cum S. F. idest Sacris Faciundis.

P L Æ T O R I A.

- A. Apollo.
 - P. Caduceum. M. PLÆTORI. CEST. EX. S. C. Valer. Max. lib. IX. cap. 3. M. Plætorius primitivi Centurio, præteritis consulibus ædem Mercurii suffragiis Populi dedicavit. Livio lib. 2. est: *M. Lætorius*.
 - A. Simulacrum Deæ.
 - P. Caduceum cum iisdem litteris, ut in superiori nummo.
 - A. Cybele. CESTIANVS.
 - P. Sella Curulis sine fascibus, spicæ. M. PLÆTORIVS. ÆD. CVR. EX. S. C.
- Ædiles Curules non habebant fasces, spicæ, quia ædiles curules curabant annonam. Cic. de Legib. lib. III.
- A. Simulacrum. S. C. CESTIANVS.
 - P. Aquila cum fulmine. M. PLÆTORIVS. ÆD. CVR.
 - A. Simulacrum Deæ.
 - P. Templi, ut videtur frontispicium. M. PLÆTOR. CEST. In ipso templi frontispicio, quantum conicere possum, impressum videtur Syllæ simulacrum, quale in Pompei nummis notatum est.
 - A. Simulacrum Deæ.
 - P. Vas, & tax. M. PLÆTOR. CEST. EX. S. C.

P L A U T I A.

- A. Effigies turrîtæ mulieris. A. PLAVTIVS. ÆD. CVR. S. C.
 - P. Camelus. BACCHIVS. IVDÆVS.
- Huc spectare videtur nummus ille P. Hypsæi superius scriptus. Est enim Hypsæus Plautiæ familiæ cognomen, ut ibi notatum est. Meminit Hypsæi Cicero in I. Epistolar. ad Lentulum, ut id opinor, adducor, quia in eo nummo etiam camelus signatus.
- A. Medusa. L. PLAVTIVS.
 - P. Victoria cum duobus equis. PLANCIVS.
 - A. Effigies cum pileo, libertatis puto. CN. PLANCIVS. ÆD. CVR. S. C.
 - P. Cerva, arcus, & pharetra. Videndum an hic sit Cn. Plancius, quem creatum ædilem, ambitu reum, Cicero defendit. Vide Orationem pro Plancio.
 - A. Roma.
 - P. Castor, & Pollux. C. PLAVTI. ROMA.

P O M P E J A.

- A. Effigies Pompeii. CN. MAGN. IMP.
- P. Victoria Virum coronans, vir alter cum hasta. M. MINATI. SABIN. PRO. Q.

P O M P O N I A.

- A. Simulacrum. L. POMPON. MOLO.
 - P. Sacrificium. NUM. POMPIL. Quia Pomponiorum familia a Numa habuit originem. Plutarchus in Numa. Sacrificium, quia Numa primus in urbe sacrificia instituit.
 - A. Roma.
 - P. Faustulus Pastor, Lupa cum Romulo, & Remo, Ficus Ruminalis, Pici aves. SEX. POM. FOSTIVS. ROMA. Fostus pro Faustulus, fortasse etiam a Faustulo Pastore hoc cognomen sortitus est Sex. Pompejus, qui nummum signavit. Plutarch. in Romulo. Ovid. Fast. lib. III.
- Marcia Picius avis gemino pro stipite pugnans,*
Et Lupa &c.
- & infra,
Lacte quis infantes nescit crevisse ferino,
Et Picum expositis saepe tulisse cibum?
- A. Simulacrum mulieris, musæ fortasse.
 - P. Simulacrum musæ. Q. POMPONI. MVSA.
- Habet hoc signum musæ, solutas comas, in antico etiam habet coronam appictam.
- A. Simulacrum &c.
 - P. Simulacrum musæ, quæ radio spheram tangit. Q. POMPONI. MVSA.
- Musæ opinor sit, quæ appellatur Urania, Græcum Epigramma lib. I. Cic. de divinac. lib. I.
- A. Simulacrum musæ.
 - P. Musæ levo brachio nititur columnæ dextra manu personam tenet. Q. POMPONI. MVSA.
 - A. Musæ simulacrum.
 - P. Musæ, quæ dextra manu libellam, opinor tenet, altera vestis sinum colligit. Q. POMPONI. MVSA.
 - A. Musæ simulacrum.
 - P. Mula lyram sonans. Q. POMPONI. MVSA.

- A. Musæ simulacrum.
 P. Lyra hæc sonat, sinistro brachio innixa columæ Q. POMPONI. MVSA.
 A. Musæ simulacrum.
 P. Musa dextra manu clavam, læva personam gestans. Q. POMPONI. MVSA.
 A. Simulacrum Jovis. RVFVS. S. C.
 P. Simulacrum Musæ manu dextra clavam, sinistra autem personam tenens. Q. POMPONI. MVSA.
 A. Effigies Apollinis. Q. POMPONI. MVSA.
 P. Hercules cum plectro. HERCVLES. MVSARVM.
 Ædem Herculis, & Musarum construxit Romæ Marcus Philippus. Sueton. in Augusto cap. LIX. Ovid. Fastor. lib. VI. Quare Herculi, & Musis communem aram statuerint. Plutarch. problem. 59.
 A. Effigies Jovis. S. C. RVFVS.
 P. Aquila scepro innixa, & corona. Q. POMPON.

P O R C I A.

- A. Roma. P. LÆCA.
 P. Vir a latere habens civem togatum, sinistro ministrum cum virgis. PROVOGO.
 Portia Lex, quæ vetat verberari Civem Romanum. Sallust. in conjurat. Cic. in Verr. Orat. VII. & pro Rabirio Liv. lib. X.
 A. Roma. P. LÆCA.
 P. Vir ille togatus sedet in hoc nummo, reliqua ut supra.
 A. Roma. LÆCA.
 P. Quadriga. M. PORC. in imo ROMA.
 A. Roma. M. CATO. PRO. PR.
 P. VICTRIX. Victoria sedens d. palmam. f. coronam. Simulacrum Victoriæ virginis prope ædem Victoriæ M. Porcius Cato dedicavit, biennio postquam vovit. Liv. lib. XXXV. iisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis, prope ædem Victoriæ M. Porcius Cato dedicavit, biennio postquam vovit; eaque de causa in nummis Catonis signatam esse victoriæ opinor; puto autem codicem Livii non vacare mendo, legendumque esse, ædiculam Victoriæ victricis; sic enim Livius, & nummi convenient. Quid enim Victoria virgo sibi velit ignoro. Idem etiam locus corrigendus apud P. Victoriam in octava regione, Populi Romani ædes, inquit, Victoriæ virginis dedicata a M. Portio Catone seniore fait.
 A. Roma. ROMA. M. CAT.
 P. Victoria. VICTRIX.
 A. Roma.
 P. Biga. C. CATO. ROMA.

P O S T U M I A.

- A. Dianæ simulacrum. ROMA.
 P. Castor, & Pollux, & alter eques, qui stragem hominum edunt. A. ALBINVS. S. F. vel equites tres.
 Hic opinor est Postumius Dictator, qui pugnans ad lacum Regillum equites circa se habens, Sex. Tarquinium Superbi filium occidit. Dionys. lib. VI. Livius autem dicit Sextum occisum a Sabinis lib. I. quem igitur Livium ne, an nummum, & Dionysium, non video.

- A. Roma, & apex flaminis.
 P. Quadriga. L. POST. ALB. ROMA.
 A. Postumius Albinus Flamen martialis, & consul, quem Cæcilius Metellus Pont. Max. cum ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit. Florus lib. XIX. Valerius Max. lib. I. cap. I.
 A. Effigies D. Bruti. A. POSTVMIVS. COS.
 P. Corona querna. ALBINVS. BRVTI. F. Scio in aliis nummis, ALBINVS, scriptum esse. ALBINVS: tamen habet nummus, qui est apud Fulvium Ursinum, nec id errore monetalis triumviri, ut nonnulli existimant, factum est, testis est Priscianus lib. I. qui cum de natura S loquatur, ita scribit. S in metro apud vetustissimos vim suam frequenter amittit. Virgil. in XII.
 Inter se conuisse viros, & decernere ferro. Hæc Priscianus. Id etiam confirmat Catullus in Epithalamio, seu Argonautica:
 Testis erit magnis virtutibus unda Scamander. Homerus etiam Iliadis lib. XXI. quem videtur imitatus Catullus:
 οὐ ξαυδῶ ληλέης δεσὶ, ἀνδρῶν δὲ σκᾶμανδρον.
 Scamandri enim apud Catullum, & σκᾶμανδρον apud Homerum, S amittunt. Eodem etiam modo opinor erit scriptum in nummo P. Hupsæi PREIVER. CAPTV. pro CAPTVM. Amittit enim vim suam vocali sequente, M. in metro. Virgil. Æn. lib.
 Illum expirantem transfixo pectore flammæ. Quod igitur Triumviri monetales, nullo coacti metro hanc scribendi rationem secuti fuerint, nemini absurdum videri debet, quandoquidem & in aliis nummis modo triumphus, modo triumphus, & Pilius pro Philipus, modo Deidi, pro Didi, & Foyrius pro Furius, vetusto quodam more scribendi dixerint, ut picati etiam apud Sex. Pompejum, & Purrhus apud Ennium Enuc. autem, & Sulla in argenteis nummis plerisque. Hic igitur Postumius unus est e Cæsaris percussoribus M. Bruti frater. Plutarch. in Cæs. & Bruto. Dion. lib. XIV. cum autem D. Brutus diceretur, adoptatus in familiam Postumiorum, Postumius Albinus vocatus est.
 A. Effigies barbata cum eisdem litteris.
 P. Corona eadem querna cum eisdem litteris.
 A. Jovis simulacrum. C. PANSÆ. Plutonis potius simulacrum opinor, ut in nummo D. Silani & Vivii Pansæ notatum est. Coronari enim fasciis Plutonem, ut in nummo videtur, scribit Plutarchus, quamvis in impressis codicibus φερραχίους pro παρραχίους legatur. Nec me latet in D. Silani nummo hoc Plutonis simulacrum coronatum esse cupressi frondibus, delectari enim hunc Deum cupressi arbore scribunt, quod ipsa sit funesta, & funeribus adhibeatur. Fuit Pluto tertius Saturni ex Ope filius, itaque non dissimilia admodum simulacra Jovis, Neptuni, & Plutonis quia fratres essent fixerunt antiqui.
 P. Manus, & caduceum. ALBINVS. BRVTI. F.
 A. Simulacrum pietatis. PIETAS.
 P. Manus, & caduceum. ALBINVS. BRVTI. F.
 A. Simulacrum quoddam.
 P. Manus, & caduceum. ALBINVS. BRVTI. F.
 A. Martis simulacrum.

P. Duo clipei, & duo enses. ALBINVS. BRVTI. F.

P R O C I L I A.

A. Simulacrum. S. C.

P. Simulacrum Junonis Sospitæ. L. PROCILI. DRACO. Cic. de nat. Deor. lib. I. Tam hercle, quam tibi illam nostram Sospitam, quam tu nunquam ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis &c. Colebatur Lanuvii. Cic. pro Murena, Livius lib. VIII. & lib. XXIV. Lanuvium in Tutela Draconis. Propertius lib. IV. elegia de Cynthia, & Dracone vide nummum Roscii Fabati. Juno αἰδοφάγος, apud Spartanos quod capræ ei immolarentur. Plin. lib. 35. cap. 8.

A. Simulacrum Junonis Sospite. S. C.

P. Juno ipsa Sospita cum hasta, scuto, & pelli caprina in curru. L. PROCILI. F. serpens, de quo Propertius.

Q U I N C T I A.

A. Roma. APEX.

P. Castor, & Pollux. ROMA. T. Q. pila quædam. Quinctius forte.

R E N I A.

A. Roma.

P. Curus Hircorum. C. RENI. in imo ROMA.

R O S C I A.

A. Simulacrum Junonis Sospitæ. L. ROSCI.

P. Virgo, & Draco. FABATI.

Propertius lib. IV. Eleg. de Cynthia, & Dracone:

Lanuvium annosi vetus est tutela Draconis

Hic ubi Tartaræ non perit hora moræ.

Qua sacer abripitur cæco descensus hiatu,

Qua penetral (Virgo tale iter omne cave.)

Jesuni serpentis honos, quum pabula poscit

Annua, & ex ima sibi torquet humo.

Talia demissæ pallent ad sacra puellæ.

Quum tenera anguineo creditur ora manus.

Ille sibi admotas a virgine corripit escas.

Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.

Hic igitur Propertii locus totum pene nummum posticum describit. Quod coleretur Lanuvii Juno Sospita, Cic. pro Murena. Date etiam Lanuvio municipio honestissimo, quod in hac causa frequens, maestumque vidistis, nolite a sacris patriis Junonis Sospitæ &c. Livius lib. VIII. Lanuvinis civitas data, sacraque sua reddita cum eo, ut ædes, lucusque Sospitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum Pop. Rom. esse. De simulacro Junonis Sospitæ Cic. lib. I. de nat. Deor. De L. Roscio Lanuvino, idem lib. I. de Divinat.

R U B R I A.

A. Neptunus. DOSSEN.

P. Victoria. L. RVBRI, in alio, *Curus Triumphalis*, in alio ex antico, *Palladis simulacrum*.

R U S T I A.

A. Roma.

P. Aries. L. RVSTI.

Arietem opinor signatum, quia æs antiquissimum pecore fuit notatum, unde & pecunia dicta est. Varro de re rustica lib. II. cap. I. Plin. lib. XVIII. cap. III. Plutarch. in Publicola.

R U T I L I A.

A. Roma. FLAC.

P. Biga. L. RVTILI.

S A T R I E N A.

A. Roma.

P. Lupa. ROMA. P. SATRIENVS.

S A U F E J A.

A. Roma.

P. Biga. L. SAUF. idest *Saufejus*: inimo ROMA.

S C R I B O N I A.

A. Simulacrum. BON. EVENT. LIB.

P. Puteal. PVTEAL. SCRIBON.

Persius Sat. IV.

Si puteal multo cautus vibice flagellas.

Vide ibi Cornutum interpretem. Horat. lib. I. epist. penult.

Forum Putealque Libonis mandabo siccis.

Vide ibi Porphirionem interpretem. Ovidius de remed. amor. lib. II.

Qui Puteal Janumque times celeresque calendas.

Interpretes vero eo in loco scribunt Puteal Tribunal quoddam fuisse, quod quantopere a vero absit, vel ex ipso nummo perspicui potest: quo fit, ut magis crediderim prope Libonis Puteal Tribunal fuisse ejus Prætoris, qui de scenore ejus diceret, cum plura essent Romæ Prætores.

S E M P R O N I A.

A. Roma. PITIO.

P. Castor, & Pollux. L. SEMP. ROMA.

S E N T I A.

A. Roma. ARG. PVB. *Argento publico*.

P. Quadriga. L. SENTI.

A. Quadriga. ROMA.

P. Quadriga. L. SATVRN.

Saturninus Santia familiae cognomen.

A. Roma.

P. Quadriga. L. SATVR.

A. Roma.

P. Biga. SAFRA. ROMA.

S E R G I A.

A. Roma. EX. S. C. Romæ simulacrum.

P. Eques caput humanum manu gestans. M. SERGI. SILVS.

De M. Sergio Plin. lib. VII. cap. XXVIII. Solinus cap. VI.

S E R V I L I A.

A. Simulacrum Neptuni cum tridente. CASCA. LONGVS.

P. Victoria quæ sub pedibus habet duos pugiones. BRVTVS. IMP.

Casca cognomen Serviliæ familiæ, Longus Casca, ut etiam ex aureo nummo, qui apud Fulvium Urbinum est, colligi potest, sic enim habet: C. CAS. SI. IMP. simulacrum mulieris. M. SERVILIVS. LEG. nevis acrostolium. Hic enim aureus nummus nomina habet cognominum argentei, ut ex his perspicuum est. Spectant vero ad eandem historiam. Suetonius in Casare, Eutropius lib. VI. sic scribit. Conjuratum est in eum a LX. vel amplius Senatoribus Rom. præcipui autem fuerunt inter conjuratos duo Bruti, ex eo genere Bruti, qui Primus Romæ Cos. fuerat, & C. Cassius, & Servilius Casca &c. Vide Epigramma Pomponii in Cascam apud Varonem.

A. Simulacrum Floræ. FLORA. PRIMVS. LITVVS. Floralia Primus fecit.

P. Duo viri armati cum gladiis. C. SERVEIL. C. F.

An hi sunt duo Servillii Casca, & Ahala, qui Casarem occiderunt. Cic. in Philipp. II. Romano Floram Deam fixerunt, quæ floribus præset: eamque placabant, ut fruges cum arboribus, & vitibus bene florescerent, & ludi ipsi Florales, & Floralia nuncupati; agebantur autem III. Kal. Maii, & Kal. ipsis. Id etiam nunc in more est. Ex hoc igitur nummo colligitur aliquem a Serviliorum familia Floralia primum fecisse. Plin. lib. XVIII. cap. XXIX.

A. Effigies coronata. LITVVS, & littera B.

P. Equites pugnantes. C. SERV.

A. Simulacrum Romæ. ROMA.

P. Castor, & Pollux. C. SERVILIVS. M. F.

A. Roma. RVLLI.

P. Biga. P. SERVILLI. M. F.

S E S T I A.

A. Signum libertatis. LEIBERTAS.

P. Lyra, rami duo lauri, & aliud ad sacrificia pertinens. CÆPIO. BRVTVS. PRO. COS.

Scio hunc esse M. Brutum libertatis vindicem a Servilio Cæpione a vinculo adoptatum. Vide supra in Familia JUNIA. Nam male ibi repositus fuit hic nummus, cum Cæpio ad Servilios vel Sestios, non ad Sunios faciat.

S I C I N I A.

A. Simulacrum Deæ. FORT. P. R. *Fortiando*, vel *Fortuna Populi Romani*.

P. Caduceum, palma, & corona. Q. SICINIUS. III. VIR. De Siciiii fortitudine Valer. Max. lib. III. cap. II. Plin. lib. VII. cap. XXVIII. Solinus cap. VI. Gellius lib. II. cap. XI. quare palma pro victoria, Gellius lib. III. cap. V.

S U L P I C I A.

A. Simulacrum mulieris velatæ. S. C.

P. Securis, & alia quæ pertinent ad sacrificium.

P. GALB. Æ. CVR.

A. Simulacra Deorum Penatium. D. P. P. idest *Dii Penates*.

P. Porca inter duos armatos. C. SVLPICI. C. F. Erant fortasse Dii Penates, & porca, quæ apposuit. Dionys. lib. I. Asconius Pedianus in Orat. pro M. Scauro Macrob. Saturn. I. III. Val. Max. I. I. c. VIII. Varro de ling. lat. lib. IV. *Oppidum quod*

primum conditum in Latio stirpis Romanæ Lavinium, nam ibi Dii penates nostri. Idem de re rust. lib. II. c. IV. *Simulacra porcorum Æneæ Lavini*. Tacitus lib. III. *Sub idem tempus, ut mors Sulpicii Quirini publicis exequis frequentaretur petivit a senatu, nihil ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam Quirinus pertinuit, ortus apud Municipium Lanuvium, sed impiger militia & acerbis ministeriis consulatum sub Divo Augusto adeptus &c.* Quod duo tantum essent Dii Penates, & in manibus pilas haberent, scribit Dionys. Halicarnass.

A. Effigies. L. SERVIVS. RVFVS.

P. Castor, & Pollux cum hastis.

T A R Q V I T I A.

A. Simulacrum Deæ. C. ANNI. T. F. T. N. PRO. COS. EX. S. C.

P. Biga. C. TARQVITI. P. F.

T E R E N T I A.

A. Roma.

P. Castor, & Pollux. C. TER. LVC. in imo ROMA. *Terentius Lucrio, vel Lucanus*, Pl. lib. XXXV. cap. VII.

T I T I A.

A. Simulacrum Bacchi, vel Apollinis, in alio Termini.

P. Pegasus. Q. TITI.

Horatius lib. I. epist. III.

Quid Titius Romana brevi venturus in hora

Pindarici fontis, qui non expellerit haustus &c.

T I T I N I A.

A. Roma. XVI.

P. Biga. C. TITINI. in imo ROMA.

XVI. biga fortasse, quando Q. Fabio Dictatori placuit denarium sexdecim assibus permutari. Plin. lib. XXXIII. cap. III.

T I T U R I A.

A. Effigies Tatii. T. SABIN.

P. Raptus Sabinar. L. TITVRI.

Hæc effigies Tatii est nota, T, colligitur. De Sabinarum raptu Lib. I.

A. Effigies Tatii. SABIN. A. PV. *Argento publico*.

P. Raptus Sabinar. L. TITVRI.

A. Effigies Tatii. SABIN. A. P.

P. Mons Tarpejæ. L. TITVR.

De Tarpeja, Propertius lib. IV. Livius lib. I.

A. Effigies Tatii. SABIN.

P. Biga. L. TITVRI. Ancora, & Delphin.

T H O R I A.

A. Simulacrum Junonis Sospitæ. I. I. M. R. In alio, I. S. M. S. hoc est, *Juno Sospita Maxima Regina*.

P. Taurus. L. THORIVS. BALVVS.

De simulacro Junonis Sospitæ, & quod Lanuvii coleretur in nummo L. Rosci Fabati notatum est. Taurus forte, quia Sp. Thorius legem tulit, qua

qua

qua agrum publicum vestigalem levavit. Cic. in Bruto, & de Oratore lib. II. Thorius legem de iis, quorum a pecore agri publici pascebantur. Thorius Balbus fuit Lanuvinus. Cic. de finib. lib. II. signatus est autem fortasse Taurus, ut ad suum nomen alluderet Thorius, nam multa nomina habemus ab utroque pecore, ut Porcius, Ovilius, Caprius, Equitius, Varro de re rust. lib. II. cap. I. Quod vero attinet ad illas litteras I. S. M. R. opinor significare: *Juno Sospita Magna Regina*, seu *Maxima*. Virg.

Junonis Magnæ primum prece numen adora.
Ovid. in Fastis, lib. II.

Monte sub Exquilio multis inciduus annis,
Junonis Magnæ, nomine lucus erat.

Virg. in VIII.

Tibi enim sibi Maxima Juno, mactat sacra
ferens.

In altero autem nummo extant litteræ I. S. M. S. hoc est: *Juno Sospita Maxima*, seu *Magna, Sororia*, fuit enim Socoria nuncupata Juno, ut apud Festum in Sororio Tigillo, ubi de ejus ara agit.

T R E B A N I A.

A. Romæ caput galeatum.

P. Jupiter in quadriga. L. TREBAN. inimo ROMA.

T U L L I A.

A. Simulacrum Romæ. ROMA.

P. Victoria in quadriga. M. TVLLI.

V A L E R I A.

A. Victoria.

P. Aquilæ legionis. signum, inter duo cohortium signa. C. VAL. FLAC. IMPERAT. EX. S. C.

Valerius Max. lib. III. cap. II. *Quod ut Valerius Flaccus Tribunus tertie legionis aspexit,*
C. Vide locum Valerii.

A. Victoria.

P. Simulacrum Romuli, vel Martis, cum Flaminis apice. L. VALERI. FLACCI.

Videndum an hic sit C. Valerius Flaccus, qui Flamen factus quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum postea modestiæ ac sanctitatis specimen evasit. Livius lib. XXVII. Val. Max. lib. VI. cap. IX. An potius L. Valerius Flaccus Flamen martialis, de quo Cicero in Antonium Orat. XI.

A. Simulacrum forte Vulcani. ACISCVLVS.

P. Europa Tauro insidens. L. VALERIVS.

De hoc cognomine Quinætilian. lib. VI. c. IV.

A. Simulacrum Juvenis cum comis. ACISCVLVS.

P. Simulacrum Deæ. L. VALERIVS.

A. Simulacrum Juvenis cum comis. ACISCVLVS.

P. Avis cum galea, & hastis. L. VALERIVS.

A. Roma.

P. Biga. C. VAL. C. F. in imo ROMA.

V A R G U N T E J A.

A. Roma. M. VARG.

P. Quadriga. ROMA.

Varguntei cujusdam meminit Sallustius in Catilinæ conjuratione. Nonnulli Varguntejorum hic interpretantur.

Tom. VIII.

V E R G I N I A.

A. VER. CAR.

P. Quadriga.

A. Apollinis simulacrum.

P. Quadriga. VER. CAR. OCVL.

V E T T I A.

A. Effigies Tatii. SABINVS. A. S. C.

P. Biga. T. VETTIVS. IVDEX.

Suetonius in Cæsare cap. XVII. cognominat hunc Vettium Indicem, pro Judicem, errore librariorum. Vettii interregis, quando Numa Rex creatus fuit, meminit Plutarch. in Numa. Itaque opinor Vettiorum familiam Sabinam fuisse, urbemque incoluisse, postquam, ut ille inquit, in partem data Roma Sabinis.

V E T U R I A.

A. Roma. TI. VE. Tiberius Veturius.

P. Duo armati, & vir in medio porcæ tenens. ROMA.

Sunt fortasse Dii Penates, de quibus in Nummo C. Sulpitii, & Porca, quæ Æneæ apparuit, de qua Varro de re rust. lib. II. cap. IV. cujus corpus a sacerdotibus, quod in falsura fuerit demonstratur. Nummus hic aureus extat. Habet tamen in antico Jani signum, extat etiam alter autem minoris ponderis cum eodem Jani simulacro. Illud primum idem opinor habet pondus, quod argenteus hujusmodi nummus habere solet. Duorum scilicet fere denariorum, posterius vero numisma habet unius fere denarii pondus, ut argenteus etiam hujusmodi habere solet.

V I B I A.

A. Apollinis simulacrum, vel Bacchi. PANSÆ.

P. Ceres cum falcibus, & aratro. C. VIBIVS. C. F. C. N.

Quod Cereris simulacrum fingatur cum falcibus Cic. in Verrem Orat. VIII. Ovid. Fastor. lib. IV.

A. Simulacrum idem. PANSÆ.

P. Simulacrum Cereris cum falcibus, & porcæ. C. VIBIVS. C. F.

Porca Cereri sacrificatur. Ovid. Fastor. lib. I. & IV.

A. Jovis simulacrum. PANSÆ. Plutonis signum, ut in Silano, & Albino Bruti F.

P. Jovis Axuris simulacrum. IOVIS. AXVR. C. VIBIVS. C. F. C. N. Virgil. lib. VII. Æneid.

— *Queis Juppiter Auxurus arvis*
Præsides Cc.

Videtur scribendum Axurus, ut in nummo. Sic enim dici ab α & ἔρρα scribit Servius interpres eodem in loco.

A. Effigies coronata. PANSÆ.

P. Quadriga. C. VIBIVS.

A. Appollo, vel Bacchus.

nus scripserunt. Sed præter hanc frequentem auxilii petendi, ac necessariam singulis hominibus causam; tempora quadam statuta sunt, quibus Populus Christianus sacrificium laudis offerret: namque præclare Innocentius sanctissimus ille vir, idemque Pontifex prudentissimus in quadam epistula ait: *communibus plus agimus orationibus, quam singularibus, atque privatis.* Ideoque celebrata olim fuerunt magna populi frequentia tam matutina, quam vespertina laudum sacrificia, & quæ meridie, aut in nocturnis vigiliis cum hymnis & psalmis aliisque obsecrationibus fiebant. Sed his temporibus, in quibus refrigeravit caritas, abundat iniquitas; non solum non populus hac de causa Templum Dei læpius ingreditur, sed ne ipsi quidem Sacerdotes, alique in sortem Domini vocati, quorum onus præcipuum fuit pro Populo orare, Populique peccata precibus & oblationibus abluere; statis & sollempnibus horis illic orationis munus explent. Refugit animus illa commemorare, quæ in hoc ipso peccamus totiens decurtato, & vix dimidiato libello, quem hac de causa Breviarium appellamus. Quotus enim quisque est, qui in Ecclesia Dei attente, & devote cum ceteris, aut canat, aut oret singulis diebus omne illud quodcumque relictum est orandum? Quis est qui non brevitatem precum & festinationem efflagitet: oderit Feriarum multiplicem longitudinem, & chori tarditatem? Vix unus atque alter est, qui non se magno onere premi existimet, cum de Dominico die, non de Festo Duplici agi, & celebrari opus sit. Hinc orta sunt trium psalmorum officia, quæ Gregorius VII. in Generali Synodo improbat, utpote ex fastidio, & negligentia orta. Et Innocentius III. c. XVII. Concilii item Generalis Lateranensis *studiose pariter, & devote* diurnum officium celebrari præcipit, chori silentium, laicorum aliorumve interpellatione turbantes corripit. Pluribus verbis extat Clementis V. Constitutio in Concilio Viennensi edita, qua multa in his rebus peccata enumerantur,

D d d 2

tur,

* Breviarium Ilerdense. Ilerda excudebat Petrus Rob. 1571. in 8.

tur, sed ea præcipue pertinent ad communem cœtum, & Ecclesiæ Officium. De singulari vero quod peregrinis, viatoribus, aut iis, qui in vicis, ac pagis soli degunt, Agathensis Concilii decretum extat a Gregorio IX. approbatum, quo pensum servitutis appellatur hoc septem Horarum Officium. Illudque huc apte refertur ex psalmo: *septies in die laudem dixi tibi*; atque etiam illud: *media nocte surgebam ad confitendum tibi*. Quæ Gratianus, & alii veteres, Sancti Patris Benedicti verba esse testati sunt. Cui congruit illud ex alio loco: *Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo; & exaudiet vocem meam*. Quibus verbis utitur Germanus Episcopus CP. in VII. Synodo Generali. Addidit pœnam Leo X. in Concilio Lateranenii, ut privarentur fructibus Beneficiorum, qui certis diebus a celebratione Officii Divini cessarent: eaque de causa privari Beneficiis, quæ propter Officium conferri censentur, debere; præter Di-

vinæ Majestatis læsionem, quam deminuere certum est, quemcumque singulis diebus cessante legitimo impedimento non orantem, ut ab aliis sui ordinis fieri solitum est. Illud enim vero imprimis observandum est; parum nobis has orationes prodesse; nisi ut Pius sanctissimus vir statum reliquit, mens ab iniquitate revocetur: vel quod Clementis esse dicitur, nisi orationes ipsæ bonis moribus, & bonis operibus adjuventur. Peccatori enim dixit Deus: *Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os suum?* Cavendum quoque est, ne illud etiam audiamus: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me*. Item illud: *Non omnis qui dicit, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei*. Unde Apostolus: *Volo, inquit, viros orare in omni loco, levantés puras manus sine ira, & disceptatione*.



Autographa quædam, quæ in fronte nonnullorum Codicum Bibliothecæ Laurentianæ leguntur, ab ANTONIO AUGUSTINO, dum Florentiæ olim degeret, & hujus Bibliothecæ volumina, Civiles, & Canonicas Constitutiones continentia perlustraret, accuratissime exarata.

In Codice II. Plut. V. Seculi XIV. in fol. membranac. Canones varios cum expositione Zonaræ, & Balsamonis continente, pag. 1. hæc ab ipso Augustino contexta totius Codicis Synopsis legitur.

HOC Volumine continentur interpretationes Canonum. Sed hæc quales, ostendamus singillatim. Canones omnes, idest Apostolici & universales illi septem celebres, item particulares synodi; nec non qui sunt a Sanctissimis Patribus constituti variis Ecclesiæ negotiis pie atque recte curandis; e quibus multæ Cæsarum leges emanarunt, ad Titulos XIV. omnino, tamquam libros, rediguntur. Qui sane tituli, in quædam Capita distinguuntur, numero CCXXVIII. ratione similium affiniumque rerum digesta: Ad hæc Capita aptantur Canones, qui sane magis quadrare videantur. Ergo Canonis verba præmittuntur: deinde subiicitur explicatio: quam quidem Theodorus Balsamon, ad Cæsarum Patrumque regulam collegit, etsi alius aliquando Scholia adscribuntur: * nec omittuntur Justiniani Basilicique leges, si quæ, quopiam ex canone ortæ, aut hunc juvare, aut explicare possint. Huic Epitome subiicitur verborum index, quibus præcipue utuntur Jurisconsulti, sed græcis nominibus, suis nimirum cognitis & familiaribus declarantur. Sed & index Capitum libro præfixus, & præfationis vice versus quidam heroici Balsamontis (1).

Subsequitur alius, sed diffusior liber interpretationum eorundem Canonum in quibus ordo temporum servatur, ut superioribus, rerum: & singulis binæ subscribuntur explanationes, prior, quam Zonaras edidit; alia, Theodori; his aliquando præmittitur Scholion. Sed & iidem quamplurima proponuntur ex Justiniani Basilicique libris. Synodi illæ insignes sunt, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, Chalcedonensis quinta * Constantinopolitana in Trullo, Nicæna altera. Synodus (2) particulares, hæc: (a) Epistola Tharasio, Apostolorum in nave (3), in Carchedone, Ancyrana,

Neocæsariana, Gangrana, Antiochena, Laodice-na, Sardices, Cartaginensis, cujus acta septem (b).

His junguntur, ejusdem argumenti quædam: Dionysii Epistola, Petri martyris canones, Gregorii Thaumaturgi Epistola Canonica, Athanasii ad Amonem, & Ruphianum, Basilii Magni ad Amphilochem tres, & Diodorum, & Gregorium Presbyterum, & ejusdem alia: quibus omnibus insunt, Zonaræ, necnon Theodori scholia. Adde his Gregorii Nysseni Canonicam, Timothei responsa, Theophili Archiepiscopi quædam, Cyrilli ad Domnum, Gregorii Theologi, Gennadii, Magni Basilii, Nicephori, responsa Niceræ, Jo. Chrysostomi quodam Caput. His additæ omnibus fere declarationes.

Inde multa de nuptiis. Ea de re Novella Constantini Porphyrogenetæ, item Justiniani alia, * quædam item ex Basilico & Justiniano: nonnulla Demetrii Chomatini: ejusdem responsa. Item Joannis monachi Zonaræ sermo: Sisinii, & aliorum alia satis multa. Præterea Michaelis, Nicolai, Manuelis, Nicephori ad Theodosium, Isaacii Angeli, Novella Alexii Comneni, Ilii (4) responsa, & alia. Quæsitæ quorundam Monachorum, Epistola Adriani: quædam Dyrrhachii (5), item Manuelis; nonnullæ de nuptiis quæstiones; Alexii ea de re, & de gradibus cognationum ex Institutionibus, cum Tabella. Alexandrini Patriarchæ Marci interrogationes, atque responsiones.

Capita legum ex Mose, Deuteronomio scilicet, Numeris, Exodo: & ex Justiniano: Responsa, & quæsitæ quædam ad Nicetam: Theodori Balsamontis Epistola. Ejusdem Epilogus Nomocanonis versibus jambicis: index civitatum, quæ metropoles appellantur, aut quibus præest Archiepiscopus. ἀρχιε (6).

In Codice XXII. ejusdem Plutei, membranaceo in 4. Sec. XII. ita legitur:

Hoc volumine continentur, ex Theodoro Balsamone (nam id ei nomen alio hujus Bibliothecæ Codice tribuitur) νομοκάνων: idest constituta-

rum

(1) Balsamonis.

(2) Synodi.

(3) In templo, nam titulus habet ἐν τῷ ναῷ.

(4) Eliæ, scribitur enim in Cod. ἡλῖδ.

(5) Nempe Romani metropolitæ Dyrrhachii.

(6) Sc. 1545.

(a) Videtur hic Auctor indicare Synodum, quæ instante Tharasio inchoata fuit in SS. Apostolorum templo Constantinopoli, & quæ postea Nicæam translata fuit. Locus autem adeo obscurus est, ut vix alium sensum recipere possit.

(b) Forte locus cubat in mendo, & indicat septem ejusdem appellationes Synodos.

rum Conciliis legum, sive de divinis rebus canonum collectio. Hæc hoc ordine confecta est.

Initio, ad capita quinquaginta sub compendio, quibuscumque Canonibus quæ lata sunt, referuntur: nempe Apostolorum Canones LXXXV. & Patrum; scilicet ex Synodo Nicæna, Ancyra, Neocæsariana, Sardices, Gangræ, Antiochena, Laodicensi Phrygiæ, Byzantina, Ephelina, Chalcedonensi: Basilii quoque. Hæc autem constant ex præmissis indicibus, tum conciliorum, tum titulorum.

Ad horum canonum normam, de divinis rebus, Codice, nec non Novellis Justiniani lata, sub compendio, locis indicatis afferuntur. His deinde subiicitur ex eisdem Novellis eruta quædam Epitome de nonnullis Ecclesiasticæ diocæsis capitibus.

Demum singillatim proponuntur superiores habitus conventus, hoc tamen ordine, subque compendio. Bizantium Concilium primum, deinde Nicænum, Chartaginense, Africanum: quæ subsequuntur Epitomæ Apostolicorum Canonum, Nicæni, Byzantini, Ephesini, Chalcedonensis, Trulliani, Ancyra, Neocæsariani, Sardices, Gangræ, Antiocheni, Laodicensi, Basilii item.

Adtexuntur his Epistolæ quædam Basilii, Gregorii, Theophili, Petri Martyris, Athanasii: Responsa Canonica Timothei, nonnulla Cyrilli: item de septem Synodis; Præterea Sisinii, Leontis Cæsaris de nuptiis. Item ex Proclo, Victore, Photio.

Item in Codice XL. ejusdem Plutei, in fol. bombycino, Sec. XIV. hæc habentur:

Hoc Volumine continentur, Joannis Zonaræ monachi Collectio LV. Canonum Apostolorum, & VII. Conciliorum generalium, tum perquam multorum particularium, sive provincialium; Sanctorum item Patrum; & horum omnium interpretationum: quibus inseruntur nonnulla Cyrilli, Dionysii, Petri, Gregorii Canonica, Athanasii, Magni Basilii, Gregorii Nysseni, Timothei, Cyrilli ad Domnum, Gregorii Theologi, Gennadii.

Συνοδικὴ διὰ γνώσεως τῶ ἀγιωτάτων πνευματικῶν Κωνσταντινουπόλεως κυρῶ Γωάννης περὶ μοναχισμῶν &c. Illic de præcipuis Ecclesiasticis Capitulis, περὶ ἐνώσεως τῆς ἐκκλησίας. Item de Nuptiis, & Epistola quædam Theodori τῶ Βλασταμῶν. Præterea

nonnulla τῶ βασιλέως κυρῶ Γωάννης τῶ Δακῶ. Item κυρῶ Γερμανῶ, Λέοντος. Quibus conjungitur quidam tractatus Sisinii maxime de his quæ pertinent πρὸς τὸν γάμον valde diffusus, cum tabella graduum cognationis.

Michaelis Anthypathi Judicis Ἀτταλεκώτα compendium ad hexabiblon, cujus capita præmonstrat index. Subscribuntur ad hæc quædam Novellæ Leontis, Romani Presbyteri, Porphyrogenetæ, Alexii Comneni, Michaelis Patriarchæ de vetitis nuptiis, &c. Justiniani περὶ ἐκλήτῶ.

Dictionarium, quo latina juris verba Græcis explicantur.

In Codice VIII. Plur. IX. Sec. XI. in fol. membranaceo, hæc habentur:

Hoc volumine continentur, Theodori Patriarchæ Theopolis νομοκάνονον, idest constitutarum Conciliis legum liber, quo, quid speciatim tractetur, explicantur indices duo, volumini præfixi. Itaque Conciliorum acta illorum septem maxime, diligenter perscribuntur.

Constantinopolitanæ * conventus Canones * Sic. numerantur CII. e quibus Cæsaris Justiniani Ecclesiasticarum rerum Novellas permultas emanasse video.

Obiter leguntur locis nonnullis insertæ quædam de rebus divinis Epistolæ atque sententiæ sanctorum Patrum.

Illic item, Epiphaniæ Cypri compendium de falsis religionis Christianæ dogmatibus, idest multarum gentium, ac nationum hæresibus.

Præterea philosophorum quædam dissidentes a Theologis definitiones.

Item constitutiones de rebus Ecclesiasticis latæ, ex Codice Divinarum Novellarum Justiniani Cæsaris.

Quædam Capita legum ex sacris bibliis sumpta.

Epitome legum sub compendio, ex Leonte & Constantino CC. collecta vero ex Institutionibus, Digestis, Codice, nec non Novellis Justiniani. Rerum Capita LV.

Postremo legitur Zenonis illa Constitutio de privatis ædificiis; quæ penultima desideratur Codice Justiniano; nam deesse notatur quidem, sed non adscribitur.

De iis qui Proconsulibus, & Proprætoribus, & Proquæstoribus dicebantur.

NOta res est magistratum nomina fuisse Consulum, Prætorum, & Quæstorum: aliqui intra Urbem, aliqui extra magistratus gerebant: cumque tempus magistratum annum esset, post annum desinebat nomen id magistratus habere: quoad inventa est hæc appellatio, ut qui fungerentur munere magistratum, post illud annum tempus Proconsulibus, vel Proprætoribus provincias obtinere, aut exercitum, aut imperium, aut potestatem dicerentur. Initium hujus rei cœpit, cum Q. Publius Philo post consulatum provinciam obtinuit prorogata ei potestate sive imperio: itaque is primus *Proconsule*, sive *Proconsul* appellatus est, anno V. C. CDXXVII. eodem exemplo postea quoties post annum aut Consules, aut Prætores provincias obtinebant, Proconsulibus, aut Proprætoribus eas obtinere dicebantur. Post hæc paulatim factum est, ut ii qui ex urbe discederent in provincias, cum magistratus tempus jam exactum esset, Proconsulibus Consulares viri, & Proprætoribus Prætorii mitti dicerentur: item illud, ut quædam provinciæ Consulares, quædam Prætoriarum dicerentur: in quas Consulatu, aut Prætura functa, aut etiam qui tum fungerentur mittebantur. Sic Cicero in Ciliciam profectus est, sic Cæsar in Gallias, sic alii plerique. Extraordinaria quoque imperia his nominibus ornabantur: ut cum L. Marcio in Hispania ab exercitu potestas data est post occisos P. & CN. Scipiones novo exemplo, quod a Senatu est reprehensum, ut L. Marcius Proprætoris res gerere diceretur, sine ulla Senatus, aut Populi Romani auctoritate: sic etiam adversus M. Antonium cum exercitum Veteranorum coegisset C. Cæsar Octavianus privato consilio, ei rei Senatus auctoritatem concessit, & auctore M. Cicerone, adulescens, qui nullum tunc gerere magistratum poterat, Proprætoris exauctoritate Senatus exercitum obtinuit. Extat ea de re Ciceronis oratio, quæ inscribitur *Philippica V.* Eadem ratione extra ordinem P. Scipio in Hispaniam missus est. Item CN. Pompejus cum ex sententia L. Philippi diceretur non Proconsule, sed Proconsulibus fuisse missus; in eandem sententiam afferri potest quod Cicero lib. II. *de Divinatione* scribit, *periisse auspicia magistratum, cum omnia fere bella gererentur non a magistratibus ipsis, sed a Proconsulibus, & a Proprætoribus.* De Proquæstoribus nunc dicendum est. Quæstores aut Urbani, aut Provinciales fuerunt: Provinciales appello, quibus necesse erat sequi magistratus, quibus provinciæ committebantur, & ut sæpe Cicero scribit, more majorum. Quæstor Prætori vel Proconsuli filii loco habebatur. Quæstoribus pecunia, quæ magistratibus, aut legatis, aut exercitui erat attributa, committebatur. Si in

Provincia Quæstor ultra annum fuisset, Proquæstore id officium obtinere dicebatur: sed & si mortuo Quæstore, aut de provincia decedente id officium alteri committeretur puta legato Proconsulis aut Prætoris Prove Prætoris, is legatus Proquæstore erat. Legatorum munus totum provinciale fuit: & ex mandata jurisdictione pendeat, non ex jure magistratus: neque enim legati, ut cæteri magistratus intra Urbem in comitiis, aut in Senatu eligebantur: sed erant comites eorum, qui provincias administrabant, sæpe Prætorii viri, & nonnumquam Consulares. His legatis mandabatur jurisdictione, cum in provinciam venerant Proconsules, aut Prætores Prove Prætoribus. Ad hanc rem probandam afferri potest, quod Cicero III. *in Verrem* ait de Verri Quæstura & legatione: & ut mortuo Malleolo, Proquæstore fuerit: & quod in epistolis de C. Cælio Caldo Quæstore, quem in provincia reliquit cum Imperio. Ex his apparet, quid sit, quod in plerisque denariis, & titulo monumentorum adscriptum est, *legatum pro Quæstore sive Quæstorem pro Prætoris eam pecuniam signasse*, aut *eam rem gessisse*: sic enim interpretor: cum enim dicitur, *Quæstorem pro Prætoris illum esse* significat eum qui Quæsturam obtineret, pro Prætoris magistratu fungi, & Prætoriam provinciam regere, & si adscriptum est aliquem *legatum pro Prætoris esse*, significat eum qui venerit in Provinciam Prætoris legatus, decedente Prætoris, ejus munere fungi. Quod si dicitur, *legatum pro Quæstore esse*: significatur eum legatum Quæsturam exercere pro aliquo Quæstore, qui aut absens esset, aut mortuus. Est autem frequens hoc in denariis, quia pecunia signabatur sæpe in provinciis, ut exercitui stipendia solverentur. Et cum bellis civilibus multa extra ordinem, & novo exemplo fierent: cumque hodie extet pecunia signata, aut a percussoribus Cæsaribus, aut ab iis qui sequebantur partes Sexti Pompeii, aut a cæteris Cæsarianis, aut a Pompejanis: minus mirum est, pecuniam referre eorum nomina, qui non veros magistratus sed extraordinarios obtinerent. Cæsaribus vero percussoribus datas fuisse provincias extra ordinem, constat ex Cornelii Nepotis verbis in Attici vita. Ex his facile intelligimus quid sit, quod in nummis M. Antonii adscriptum sit, M. SILANVS AVG. Q. PROCOS. idest, *M. Silanus, Augur, Quæstor Proconsule*, & in denariis Metelli Scipionis, P. CRASSVS. IVNI. LEG. PROPR. idest, *P. Crassus Junior legatus pro Prætoris*, & in nummis Pompeii, MAGN. PRO COS. CN. PISO. PRO Q. hoc est, *Magnus Proconsule, Cn. Piso pro Quæstore*, & in denariis Augusti: P. CARISIVS. LEG. PRO PR. MARIVS. C. F. PRO III. VIR. Est etiam in denariis Cæsaribus Dictatoris, Q. DESIG. hoc

hoc est, *Quæstor Designatus Q. Voconius Vir-
lus.* vel *TI. SEMPRONIUS. GRACCVS.* item *Q. P.*
quod interpretor *Quæstor Publicus:* in nummis
Antonii, M. BARBAT. Q. P. ET M. NERVA. PRO.

Q. P. idest, *PRO. QUÆSTORE. PVBLICO. QUÆ-*
stores argentum in provinciis signasse constat ex
epist. Ciceronis ad Plancum lib. XIII. Fam.



De Sueffa, Sueffula, & Sinuessæ.

IN nummis aureis scriptum video Suefano. In titulis marmoreis, qui Sueffæ reperiuntur, Sueffa, & Sueffula. De Sinuessæ autem unum titulum legi mendosum, Colonis Suenifanis. Stephanus: *Σινέουσα, πόλις Σικελίας; Συέουα, πόλις Τυρρήνων.* Græci, & Latini libri, quos vidi retinent SS, ut marmora. Credo varietatem oriri ex iis, quæ Festus, & alii tradunt, veteres olim litteras non duplicasse. Sic denarios vidi in quibus erat scriptum *PILIPUS* pro Philippus. Postea, ut Quintilianus testatur, Ciceronis, & Virgilii manum se vidisse referens, sæpe litteras duplicabant, ubi vocales longæ præcesserant. Hinc oritur varietas eorum, qui scripserunt *Caussa*, & *Causa*, *Paullus* & *Paulus*, *Popillius* & *Popilius*. Cum quidam veterem consuetudinem scribendi retinerent, alii novam a Cicerone præsertim, & Virgilio probatam. In nummis Sueffanorum hæc habeo signata. Caput Martis in quibusdam, & ex altera Gallus canentis specie. Hoc idem in Calenorum est. Nota est fabula Ovidiana Gallum fuisse armorum custodem Martis credo, propter militares vigiliæ, ei Deo dicatum. In aliis est Caput Mercurii, & ex altera parte Hercules suffocans Leonem, eadem specie qua in Denariis C. Publici. In aliis est caput Apollinis, ex altera parte minotaurus, ut in nummis Neapolitanorum, Calenorum, & Cajatinorum. Hoc solum differunt, quod Neapolitani Græcis litteris utuntur *ΝΕΑΠΟΛΙΤΩΝ*. Ceteri Latinis: Suefano, Caleno, Cajatino. Habeo etiam alios nummos in quibus litteræ ignotæ sunt, cetera vero, eodem modo:

litterarum figura hæc est *ΣΥΑΝΤ*. & hæc *ΑΥΝΑΤ*. Apud Paterculum legi, Athenienses in Euboea Chalcida Erethriam colonis occupasse. Chalcidenses Hippoele, & Megasthene Ducibus Cumas in Italia condidisse: „ Cumanos magno postea „ intervallo Neapolim. Utriusque Urbis inquit, „ eximia semper in Romanos fides: sed aliis di- „ ligentior ritus patrii mansit custodia “. Cumanos osca mutavit vicinia. Ex his vero suspicor, has litteras oscæ linguæ fuisse. Oscam linguam separatam fuisse a Latina & Græca, Ennii dictum ostendit *apud Gell. lib. VI. cap. VI.* Se enim tria corda habere dicebat, quod nosset Græce Latine, & Osce. Maro in Sexto, & Euboicas Cumas appellat, & Chalcidicam artem, & illic Apollinis templum Dædalum construxisse. Servius: „ Euboea, Insula inquit est, in qua „ Chalcis Civitas est, de qua venerunt qui condiderunt Civitatem in Campania, quam Cumanas vocarunt & postea Dædalus primo Sardiniam, ut dicit Sallustius, post delatus est Cumanas, & templo Apollini condito, in foribus hæc univèrsa depinxit “. Videndus etiam Livius lib. 8. de Palæpolitaniis. Ex his apparet cur Apollinis caput & minotaurus a Cumanis, & Neapolitanis, aliisque populis, qui ex eisdem fortasse originem duxerunt, in nummis signaretur. Minotaurus quoque occisus a Theseo, Dædali industria, non male a Cumanis Atticorum Colonis notatur. Sed & Bos ab Atheniensibus in Dedrachmis signabatur ut Pollux lib. IX. refert, & Euboicorum drachmas habeo eadem nota, unde proverbium, Bos in lingua.



Ante cooptationem Oratio.

SI mihi vestrum hoc silentium, Iudices, tam animos ad dicendum adderet, quam est & attentionis, & benevolentiae erga me vestrae signum; non usque adeo apud hunc doctissimum, nobilissimumque confesum verba facere vererer. Sed cum huic timori ille etiam accedat, esse nonnullam mei concitatam expectationem, esseque mihi apud attentissimos auditores dicendum, quos nihil propter prudentiam fallere, propter assiduam his in studiis disputationem praeterire sine nota possit, vehementer me commotum, conturbatumque oportet. Quid, quod est id etiam non mediocriter metuendum, ne jam inde ab ipso petitionis meae initio impudens Vobis visus sim, ut qui ingenio parum possim, exercitationeque sim dicendi disputandive nulla umbratili tantum ratione discendi usus, & in eum locum aditum mihi patere petam, unde tot Civitatum, Nationum, Provinciarum, Regnorum, Rerum denique publicarum exierint, exiturique sint Rectores, ac Principes? Sed si ut haec non possunt non esse gravia, sic si non vestrae, Iudices, aequitati considerem, quae Vos ne omnia summo, ut ajunt, jure, perquiratis, suadet: si non vestra prudentia fretus essem, qua quid sit hoc in loco de Jure verba facere eum, qui ne apud Condiscipulos quidem suos suae domi ulla fecerit, considerabitis, aut petendi initium nunquam fecissem, aut illud inconsiderate aggressus hoc dicendi certe munere fungi neutiquam potuissem. His etiam rebus vestrae aequi-

tati, ac prudentiae, quibus confirmor, & recreor, addite, si placet, benevolentiam singularem, quam, quae vestra est humanitas, cum animo absens intueor, ipsisque nunc oculis in unoquoque Vestrum cerno, nihil non audendum, nihil non vestris suffragiis committendum puto. Sed ut qui navigant, quamvis optima utantur tempestate, iis quibus antea saluti sunt signis, secundos, & perpetuos sperent habere ventos, tamen cum navigare se videant, fallacem eorum opinionem saepe fuisse cum recordantur, non usque eo suae arti credunt, ut vel dormientes possint, ludibundique in portum pervenire; sic me ut ne transversum quidem unguem a clavo discedam, ut cursum hunc negligenter conficiam, signa illa quae dixi, benevolentiaeque aura efficere non poterit. Et ut illi absoluto ex sententia itinere, Diis immortalibus, qui eos in navigatione juvere, gratias agunt: sic me, si a Vobis, Iudices, qui proxime ad Deos benevolentia acceditis (ut spero) cooptatus fuero, gratiam relaturum posse vix credo, habiturum tamen, dum vivam polliceor. Quod ut re ipsa cognoscatis, sic nunc velim causae faveatis meae, me, ut adhuc fecistis, quam attentissime audiendo. Dicam enim digna vestris fortasse auribus, si tamen prius a Vobis impetravero, ut si me his verbis utentem audietis, quae apta sint licet ad ea quibus de agitur, tamen ab illis forensibus, quibus veteres Oratores utebantur, absunt fortasse longius, quam necesse fuit; quando ita tulit usus, bona cum venia audiat.

Alterius Orationis Fragmentum.

NEminem Vestrum, Patres Conscripti, nescire arbitror Socratis illius, qui Apollinis Oraculo sapientissimus omnium judicatus est, sententiam, perpetuumque vitae institutum: ut

cum id solum sibi persuasisse profiteretur quod nihil sciret, ad omnes omnium opiniones refellendis semper paratus erat: nunquam.....



In Aldi Manutii P. F. Orthographiam
Annotationes.

A Ccerfo, item evoco) & advoco : item accerfio abactio.

Adiicio, non adicio) scribo, adiicio, & adicio, five adicio, ex veteribus libris.

Adolefcens non adulefcens) immo utrumque & fæpius adulefcens.

Adfpectus, non afpectus). Hoc Aldi non eft, nec veterum librorum : immo afpectus fcribitur.

Aërius, non aëreus) immo utrumque recte fcribitur.

Afficio, non adficio) immo utrumque etiam dicitur, & fæpius adficio in veteribus libris.

Affinis, non adfinis) immo adfinis, veterum eft: affinis aliorum.

Aggredior, non adgredior] immo contra, aggredior, vugo, adgredior, veteres libri.

Allectus, non adlectus] immo utrumque recte eft.

Allium, non alium) diftinguendæ funt fignificationes, nam utrumque recte eft.

Arcelfo, item accufo) item arceo.

Atratinus, non atracinus] Recte. Sed Atracinus cognomen eft cujufdam Oratoris, ac Poetæ.

Attuli, non adtuli). Credo utrumque recte effe.

Aula non aulla). Mihi non difplicet Aulla, ut Paullus.

Cæftus, non ceftus) immo utrumque, nam Cæftus cingulum Veneris infra.

Cephalene, non Cephalene) magis placet Cephalene ex etymologia.

Cællius, non Cæfcellius) Cæcellius magis placet, ut Cærellius, nam S. pro R. utebantur, ut in Fufiis, & Valefiis.

Cælius, non Cælius) Hoc falſum eft, eft enim duplex gens, Cæliorum, & Cœliorum, ut C. Cælius Calvus, & M. Cælius Rufus.

Collega, non Conlega] immo utrumque.

Conjux, non Conjanx) immo utrumque.

Connubium, non Conubium] immo utrumque, & fæpius Conubium in veteribus.

Delectus, non Dilectus). Immo Feftus, & veteres Dilectus. Diftinguendæ funt etiam fignificationes.

Differtus, non Difertus] non placet.

Epiſtola, non Epiftula). Immo contra Epiftula, non Epiftola, omnes Veteres.

Genitrix, non Genetrix) Contra puto ex veteribus nummis.

HAdria, non Adria). Immo Adria, non Hadria ex Græcis libris.

Hludovicus). Barbare ſcriptum eft.

ICcirco, non Idcirco). Inſcriptiones Idcirco. Illuſtris, non Inluſtris]. Immo utrumque.

Juriſconfultus, non Jureconfultus). Utrouque uſus eft Cicero.

LApicidina, non Lapidicina]. Immo contra. Leibertas, non Libertas). Immo utrumque recte ſcribitur, veteresque quoque leibertas ſcribebant.

Litus, non littus). Credo utrumque in uſu fuiſſe præſertim Poetis.

Lucilius, non Lucillius] immo utrumque.

M̄.) Alterum horum Marcum ſignificat, alterum ignotum eft.

Marcus, non Martius). Immo Marcus nomen proprium Civium Romanorum. Martius nomen menſis.

Minutius, non Minucius). Immo contra ex Faſtis Capitolinis, & nummis.

Miſtus, non mixtus). Immo mixtus in Pandectis Florentinis, & in aliis veteribus libris.

Murena, non Muræna). Credo utrumque recte ſcribi poſſe.

NEgligo, non neglego). Hoc eft contra omnem antiquitatem.

Nuntius, non Nuncius). Itidem falſum eft.

Obiicio, non obicio). Vide ſupra adicio, & abiicio.

Opimus, non opimus). Immo Opeimus, & opimus, & opimus.

Perennis, non Peremnis). In antiquis libris eft peremnis.

Quidquam, non quicquam). Mihi utrumque placet, & quicquam fæpius in veteribus libris.

Quoties, non quotiens), adverſus omnes veteres libros.

Quotidie, non cotidie]. Immo contra, cotidie, & cottidie omnes veteres, & Quatilianus hoc docet.

Regium Lepidi, Rhegium Sicilia). Immo Rhegium ad fretum Sicilia, neque enim in Sicilia eft, ſed in Calabria.

Religio, non Relligio]. Poetæ contra ſcribunt.

Retulit, non rettulit). Poetis quoque placet rettulit.

Scaevola, non Scævula). Utrumque veteres scripserunt.

Scena, non Scæna). Utrumque veterum est. Sepulcrum, non Sepulchrum). Immo utrumque veteres scripserunt.

Solemne, non Solenne). Immo Sollemne omnes veteres.

Sylla, non Sulla). Immo contra ex nummis.

Tento, non Tempto). Contra omnem antiquitatem.

Thesaurus, non Tensaurus). Hoc etiam est contra antiquarios.

Tibicen, non Tubicem). Puerile erratum Aldi. Scribendum Tibicen a tibia, Tubicen a tuba.

Tonfrix, non Tonstrix). Non placet.

Tyrannus). Scribe Tyrannus.

Vertex, non vortex]. Immo utrumque.

Vicessimus, non vinceffimus). Immo vicessimus, sive vicensumus.

Villicus, non Vilicus). In Pandectis Florentinis Vilicus sæpe, & in aliis veteribus libris.

Virgilius, non Vergilius). Utrumque veteres scripserunt.

Vulsinienses, non Volsinienses). Immo contra, ut Volcanus, & Voltumnus.

ZMynæi non Zmyrnei). Scribo, Smyrnæi.

Menda in imprimendo, & aliter.

ÆNobarbus). Scribe Ahenobarbus. Allife]. Scribe Allifæ. Aruspex). Scribe Haruspex. Rufus, Rufinius]. Scribe Rufinus.



Index Scriptorum Romanorum.

COMICI.

--- **C**æcilius Statius.
 M. Aelius Plautus.
 GN. Nævius
 L. Licinius Imbrex.
 M. Atilius.
 --- Turpilius.
 --- Trabea.
 L. Lavinius Luscius.
 Q. Ennius.
 --- Ennius Lamia.
 M. Afranius.
 --- Antonius Rufus.
 --- Calpurnius.
 --- Fundanius.
 --- Lucretius.
 --- Quintius Atta.
 --- Fabius.
 --- Rubius Doffenus.
 GN. Melissus.
 --- Flaccus Tibullus.
 --- Succius.
 --- Titinius.
 --- Valerius.
 Verginius Romanus.

POETÆ TRAGICI.

L. Aetius.
 --- Aristius Tuscus.
 C. Afranius Pollio.
 M. Atilius.
 C. Julius Cæsar Strabo.
 C. Cassius Parmensis.
 --- Valerius Catullus.
 --- Crispinus.
 Q. Ennius.
 --- Tullius.
 --- Ilius.
 --- Gracchus.
 L. Livius Andronicus.
 M. Annæus Lucanus.
 C. Icilus Mæcenas.
 --- Memor.
 GN. Mævius.
 P. Ovidius Nafus.
 M. Pacuvius.
 --- Pomponius Secundus.
 --- Rutilius Geminus.
 --- Annæus Seneca.
 --- Statius Papius.
 --- Titius.
 L. Varius.
 --- Volumnius.

BUCOLICI.

APrilius, vel A. Priscus.

HISTORICI.

L. Accius.
 --- Albinus.
 Q. Ennius.
 GN. Nævius.

EPICI.

Julius Antonius.
 P. Terentius Varro Atacinus.
 --- Germanicus Cæsar.
 --- Callimachus.
 C. Licinius Calvus.
 --- Helvius Cinna.
 --- Cornelius Severus.
 --- Egnatius.
 Q. Ennius.
 Q. Fabius Lucullus.
 --- Furius Bibaculus.
 GN. Cornelius Lentulus Getulicus.
 L. Livius Andronicus.
 M. Annæus Lucanus.
 --- Æmilius Macer.
 C. Icilus Mæcenas.
 GN. Mævius.
 P. Ovidius Nafus.
 --- Peto Albiovanus.
 --- Sextilius Enna.
 --- Abronus Silo.
 --- Suevius.
 Q. Valerius Soranus.
 L. Varius.

LYRICI.

--- **B**affus.
 --- Flaccus.
 --- Livius.
 --- Petronius Arbitr.
 --- Titius.

ELEGIACI.

C. Cornelius Gallus.
 C. Cassius Parmensis.
 L. Varius.

JAMBICI.

--- **A**vienus.
 --- Furius Bibaculus.
 GN. Marius.

MIMORUM, ET ATELLANARUM
SCRIPTORES.

D. Laberius.
 --- Margilius.

GN.

GN. Marius.
 --- Mummius.
 GN. Nævius.
 --- Novius.
 --- Pomponius.
 Publius Syrus.
 --- Verginius Romanus.
 --- Silo.

IO.

POETÆ VARIARUM RERUM
 SCRIPTORES.

L. Accius.
 --- Alcinous.
 --- Alfius Avitus.
 --- Alclepiades.
 C. Asinius Gallus.
 --- Asmenius.
 --- Alticidas.
 C. Julius Cæsar Augustus.
 --- Basilius.
 M. Junius Brutus.
 --- Brutianus.
 C. Julius Cæsar.
 L. Julius Calidius.
 C. Licinius Calvus.
 C. Cassius Parmensis.
 Q. Lutatius Catulus.
 --- Valerius Catullus.
 --- Helvius Cinna.
 --- Cornificius.
 --- Cornutus.
 --- Dorcatius.
 --- Elephantis.
 Q. Ennius.
 --- Euforbis.
 --- Eosthenius.
 Q. Fabius Labeo.
 --- Furius Bibaculus.
 GN. Cornelius Lentulus Getulicus.
 --- Herennius Modestinus.
 Q. Hortensius.
 --- Hylasius.
 --- Julianus.
 Julius Florus.
 --- Labienus.
 --- Lentulus.
 --- Porcius Licinius.
 --- Livius Andronicus.
 --- Annæus Lucanus.
 C. Mæcenas.
 P. Vergilius Maro.
 Do. Marfus.
 --- Marcius.
 --- Maximus.
 Q. Memius.
 M. Valerius Messalla.
 --- Messalla Rufus.
 --- Cæcilius Metellus.
 GN. Nævius.
 --- Coccejus Nerva.
 Nero Claudius Cæsar.
 P. Ovidius Nalo.
 M. Pacuvius.

--- Palladius.
 --- Panthadus.
 --- Paro.
 --- Pedit.
 --- Petronius Arbiter.
 --- Philistus.
 M. Actius Plautus.
 C. Plinius Secundus.
 --- Pomponius Saturninus.
 --- Popillius.
 --- Pompejanus.
 --- Pomponius.
 --- Porphyrius.
 --- Æmilius Probus.
 --- Rabirius.
 --- Sabellus.
 --- Mucius Scævola.
 --- Sentius Augurinus.
 --- Septimius.
 Servius Sulpicius Rufus.
 --- Stella.
 --- Suevius.
 --- Sulpicia.
 C. Sulpicius Cartaginien.
 --- Turdinus.
 L. Cornelius Sylla.
 --- Ticida.
 Tiberianus.
 T. Flavius Vespasianus Aug.
 --- Torquati duo.
 --- Ælius Hadrianus Aug.
 --- Tucca.
 --- Valerius Æditius.
 --- Valerius Cato.
 --- Valgius.
 --- Vagelius.
 --- Verginius Rufus.
 M. Viplianus.
 --- Vitalis.
 --- Volcarius Sedigitus.
 --- Vomanus.

SATYRICI

--- **L**ucilius.
 Petronius Arbiter.

HISTORICI

Postumius Albinus.
 --- Alfius.
 --- Valerius Antias.
 --- Antidamas.
 Antonius Julianus.
 --- Aruntius.
 Sempronius Afellio.
 C. Asinius Pollio.
 --- Aufidius Bassus.
 L. Cassius Hæmina.
 M. Porcius Cato.
 L. Cincius Alimentus.
 Q. Claudius Quadrigarius.
 L. Cælius Antipater.
 --- Domitius Corbulo.
 Q. Fabius Pictor.

C.

94

C. Fannius.
 --- Feneftella.
 --- Furius.
 --- Canius.
 GN. Gellius.
 C. Julius Hyginus.
 T. . . . Labienus.
 --- Lanuvius.
 T. Livius.
 Q. Lutatius.
 C. Licinius Macer.
 P. Cornelius Nepos.
 --- Broticlius Niger.
 --- Servilius Novianus.
 L. Otacilius Pilitus.
 C. Oppius.
 --- Pescenius Festus.
 L. Calpurnius Pifo Frugi.
 C. Plinius Secundus uterque.
 --- Pompejus Saturninus.
 T. Pomponius Atticus.
 Æmilius Probus.
 P. Rutilius Rufus.
 C. Sallustius Crispus.
 L. Sifenna.
 --- Simbrotus.
 C. Suetonius Tranquillus uterque.
 --- Suetonius Paulinus.
 L. Cornelius Sylla.
 --- Tamafius.
 --- Tarquitiuſ.
 M. Æmilius Scaurus.
 Titus.
 M. Ulpius Trajanus Aug.
 --- Pompejus Trogus
 Q. Ælius Tubero.
 --- Sempronius Tuditanus.
 --- Vellejus Patercul.

EPISTULARUM
 SCRIPTORES.

AGrippina Claudii.
 C. Agnius Pollio.
 C. Julius Cæſar Aug.
 M. Junius Brutus.
 C. Julius Cæſar Dict.
 C. Caſſius.
 M. Porcius Cato.
 Corœlia Mater Graccor.
 T. Livius.
 --- Annæus Lucanus.
 P. Vergilius Maro.
 M. Valerius Meſſala Corvinus.
 Q. Cæcilius Metellus Numid.
 Ant. Perſius Flaccus.
 Papinius Statiuſ.

ORATORES.

--- **Æ**Milius Porcina.
 Annius Luſcus.
 M. Antoniuſ Cenſorius.
 C. Afiniuſ Pollio.

M. Juniuſ Brutuſ.
 Ap. Claudiuſ Cæcuſ.
 C. Juliuſ Cæſar Strabo.
 C. Juliuſ Cæſar Dict.
 --- Calidiuſ.
 C. Liciniuſ Calvuſ.
 Caſſiuſ Severuſ.
 M. Porciuſ Cato Cenſorius.
 M. Porciuſ Cato Nepoſ.
 --- Cinciuſ.
 M. Cœliuſ.
 L. Liciniuſ Craſſuſ.
 C. Scriboniuſ Curio Pater.
 --- Domitianuſ Aug.
 --- Domitiuſ Afer.
 --- Favorinuſ.
 --- Fronto.
 Juniuſ Gallio Pater.
 C. Semproniuſ Gracchuſ.
 Q. Hortenſiuſ.
 Juliuſ Africanuſ.
 Juliuſ Secunduſ.
 C. Læliuſ.
 C. Liciniuſ Macer.
 Q. Memmiuſ.
 M. Valeriuſ Meſſala Corvinuſ.
 Q. Cæciliuſ Metelluſ Numidicuſ.
 Q. Cæciliuſ Metelluſ.
 T. Munatiuſ Plancuſ.
 --- Philuſtuſ.
 C. Pliniuſ Secunduſ.
 Pomponiuſ Saturninuſ.
 C. Salluſtiuſ Criſpoſ.
 P. Corneliuſ Scipio Africanuſ minor.
 Ser. Sulpiciuſ Rufuſ.
 Q. Serviliuſ Cæpio.
 M. Æmiliuſ Scauruſ.
 C. Titiuſ.
 --- Trachaluſ.
 Æliuſ Hadrianuſ Aug.
 Q. Æliuſ Tubero.
 P. Vatinuſ.
 Viviuſ Criſpuſ.

DECLAMATORES.

--- **Æ**Liuſ Sabinuſ.
 --- Argentariuſ.
 --- Areliuſ Fuſcuſ.
 --- Albutiuſ Siluſ.
 --- Aſprenateſ duo.
 --- Alſiuſ Flaviuſ.
 --- Antoniuſ Articuſ.
 --- Juniuſ Baſſiuſ.
 --- Blanduſ.
 --- Buteo.
 --- Clodiuſ Turinuſ.
 --- Ceſtiuſ Piuſ.
 --- Cremutiuſ Corduſ.
 --- Corneliuſ Hiſpanuſ.
 --- Fabiuſ.
 M. Fabiuſ Quintilianuſ.
 --- Fabianuſ.
 --- Fulviuſ Sparſuſ.
 --- Juniuſ Gallio.

65.

15.

47.

Q.

Q. Haterius.
 --- Claudius Marcellus.
 --- Marillius.
 --- Menton.
 --- Montanus.
 --- Mindius.
 --- Mufa.
 --- Murrhedius.
 --- Junius Otho.
 --- Ofcus.
 P. Ovidius Nafō.
 --- Paftor.
 --- Pompejus Sito.
 --- Porcius Satro.
 --- Romanus Hifpo.
 C. Sabinus.
 --- Sarconius.
 --- Saturninus.
 --- Furius.
 --- Annæus Seneca.
 --- Senecio Grandio.
 --- Senianus.
 --- Vallius Syriacus.
 --- Statorius Viçtor.
 --- Triarius.
 --- Varius Geminus.
 --- Quintilius Varus.
 --- Vibius Gallus.
 --- Vibius Rufus.
 P. Vinitius.
 L. Vinitius.

R H E T O R E S.

--- **C**ornelius Celfus.
 --- Cornificius.
 --- Lanas.
 --- Rutilius Lupus.
 --- Virginius.

L E G I S L A T O R E S.

Decemviri.
 Romulus & Tatius Reges.
 Numa Pompilius Rex.
 Ser. Tullius Rex.
 L. Papirius.

J U R I S C O N S U L T I.

--- **Æ**lius Gallus.
 --- Altenus.
 T. Aristo.
 --- Atejus Capito.
 M. Junius Brutus.
 Sex. Cæcilius.
 Cælius Sabinus.
 Cajus.
 --- Cincius.
 --- Herennius Modestinus.
 --- Javolenus Prifcus.
 --- Antiftius Labeo.
 --- Lælius Felix.
 --- Maffurius Sabinus.

Q. Mucius Scævola.
 --- Neratius.
 --- Paullus.
 Ser. Sulpicius Rufus.
 --- Suetonius Tranquillus.
 --- Trebatius.
 --- Domitius Ulpianus.
 --- Velatius.
 --- Ceffellius.

23.

G E O G R A P H I.

M. Vipfanius Agrippa.
 Ti. Claudius Cæfar Aug.
 C. Julius Hyginus.
 --- Status Sebofus.

P H I L O S O P H I.

--- **A**ntidamus.
 Apollodorus Gr.
 Appion Gr.
 Appulejus.
 M. Junius Brutus.
 Ap. Claudius Pulcher.
 A. . . . Coccina.
 --- Catius.
 --- Fabius Maximus.
 --- Papius Fabianus.
 --- Fronto.
 --- Julius Canius.
 --- Lactantius Placiades.
 --- Tullius Marcellus.
 --- Mufonius Gr.
 P. Nigidius Figulus.
 --- Oppius.
 C. Plinius Secundus.
 --- Annæus Seneca.
 --- Serius.
 --- Sergius.
 --- Stertinius.

50.

22.

M E D I C I.

Appulejus.
 --- Julius Baffus Gr.
 --- Domitius Marfus.
 --- Sextius Niger Gr.

A S T R O L O G I.

C. Julius Cæfar.
 --- Germanicus Cæfar.
 P. Ovidius Nafō.
 --- Sulpicius Gallus.

D E R E M I L I T A R I.

M. Porcius Cato.
 --- Cornelius Celfus.
 --- Cincius.

G R A M M A T I C I.

C. Ælius Stolo.

--- Ar-

---- Artorius.
 ---- Aruntius Celsus.
 ---- Ælius Gallus.
 ---- Afconius Pedianus.
 ---- Sinius Capito.
 M. Antonius Gnifo.
 ---- Æmilius Asper.
 ---- Arejus Philologus.
 ---- Cæsus Bassus.
 Ti. Claudius Cæsar Aug.
 C. Julius Cæsar Dict.
 ---- Flavius Caper.
 ---- Carminius.
 ---- Carbilus.
 ---- Cefelius Vindex.
 ---- Cincius.
 ---- Cloatius Verus.
 Q. Consentius.
 ---- Comminianus.
 ---- Cornificius.
 ---- Aurelius Cornutus.
 L. Annæus Cornutus.
 ---- Cosconius.
 L. Craffitius.
 ---- Curiatius.
 ---- Didymus.
 ---- Elidis.
 ---- Flavius.
 ---- Fronto.
 ---- Herennius.
 ---- Helenius Acron.
 C. Julius Hyginus.
 ---- Julius Festus.
 C. Julius Modestus.
 ---- Junius Graccus.
 Q. Lælius.
 ---- Levius.
 ---- Lavinius.
 ---- Largius Luinius.
 ---- Marcius Salutaris.
 ---- Ælius Meliffus.
 P. Nigidius Figulus.
 ---- Nifus.
 ---- Curtius Nitia.
 Q. Octavius Avitus.
 ---- Orbilius.
 ---- Panfa.
 ---- Panfa.
 ---- Parthenius.
 ---- Paullus.
 C. Plinius Secundus.
 C. Julius Romanus.
 ---- Sacer.
 ---- Sanctra.
 ---- Starius Tullianus.
 ---- Statilius Maximus.
 ---- Staverius.
 ---- Sevius Nicanor.
 ---- Sulpicius Apollinaris.
 ---- Terentius Scaurus.
 ---- Terentianus.
 M. Tullius Tiro.
 L. Ælius Hadrianus Aug.
 ---- Valerius Cato.
 Tam. VIII.

M. Terentius Varro.
 ---- Velius longus.
 ---- Verrius Flaccus.
 ---- Umbrius Primus.

69.

SCRIPTORES.

L. Appulejus.
 L. Julius Aquila.
 C. Agnius Gallus.
 ---- Atejus Philologus.
 ---- Augustus Opilius.
 C. Bassus.
 ---- Beatinius.
 AP. Claudius Pulcher.
 C. Julius Cæsar.
 L. Julius Cæsar.
 ---- Canutius.
 ---- Carminius.
 M. Porcius Cato.
 ---- Cincius.
 ---- Cornelius Balbus.
 ---- Cornelius Alexander.
 ---- Cornelius Labeo.
 L. Aurelius Cotta.
 C. Aurelius Cotta.
 ---- Docilius.
 ---- Ennius Posterior.
 ---- Epaphus.
 L. Cornelius Epicadus.
 ---- Fabius Pictor.
 ---- Fabius Vestalis.
 ---- Feneftella.
 C. Flaccus.
 ---- Fronto.
 M. Fulvius Nobilor.
 ---- Geminus.
 ---- Granius.
 ---- Hyllus.
 ---- Julius Florus.
 C. Julius Modestus.
 ---- Antiftius Labeo.
 M. Lælius.
 ---- Lacuinus.
 ---- Licinius Mucianus.
 ---- Licinius Nepos.
 ---- Annæus Lucanus.
 C. Licinius Macer.
 ---- Mallius.
 ---- Manilius.
 ---- Bæbius Macer.
 ---- Domitius Marsus.
 ---- Mafurius Sabinus.
 ---- Metius.
 M. Valerius Meffala.
 ---- Cornelius Nepos.
 ---- Mnaseas.
 ---- Mintanor.
 P. Nigidius Figulus.
 ---- Brutidius Niger.
 ---- Nicoftratus.
 ---- Numinus.
 Numa Pompilius Rex.

Fff

--- Ogr

---- Octavius Herfenius.
 ---- Pamphila.
 ---- Paminatus.
 ---- Parthenius.
 ---- Pestanus.
 ---- Petronius Arbitr.
 ---- Philochorus.
 C. Plinius Secundus uterque.
 ---- Pompilius.
 ---- Procilius.
 ---- Priscus.
 ---- Rutilius.
 ---- Sammonicus Serenus.
 ---- Santra.
 ---- Satrantius.
 ---- Septimius.
 ---- Silenna.
 C. Suetonius Tranquillus.
 ---- Sulpicius Gallus.
 L. Tarquinius Priscus Rex.

---- Tages.
 ---- Tertullianus.
 ---- Tiberianus.
 Ti. Julius Cæsar Aug.
 M. Tullius Tiro.
 ---- Titus.
 T. Quintius.
 ---- Titianus.
 Pompejus Trogus.
 Turanius Gracula.
 Q. Valerius Soranus.
 ---- Valerianus.
 ---- Valerius Valentinus.
 ---- Valerius Rufus.
 M. Terentius Varro.
 ---- Veranius.
 ---- Vifelius.
 ---- Umbro.
 ---- Voconius Victor.
 ---- Xenon,

96.

C omici.	24.	70.
Tragici.	26.	Oratores.	47.
Historici.	5.	Declamatores.	50.
Bucolici.	1.	Rhetores.	5.
Epici.	24.	Legislatores.	5.
Lyrici.	5.	Jurisconsulti.	23.
Elegiaci.	3.	Geographi.	4.
Jambici.	3.	Philosophi.	22.
Mimographi.	10.	Medici.	4.
Satyrici.	2.	Astrologi.	4.
Varii.	94.	Militares.	3.
Omnes Poetæ - - - - -	197.	Grammatici.	69.
		Varii.	96.
		Omnes Prosaici - - - - -	402.
H istorici.	55.	Poetæ	197.
Epitular. Scriptor.	15.	Omnes - - - - -	599.
	70.		



Ragguaglio de i Negozi commessi a Monsignore ANTONIO AGOSTINO.

LA S. Mem. di Giulio III. mi mandò in Inghilterra principalmente per tre cose. Prima per la congratulazione alli Serenissimi Re, e Regina, e con la Maestà Cesarea della riduzione di questo Regno. La seconda per portar ad esse Maestà Regie una spada, e cappello, e una rosa d'oro, e una scatola di *Agnus Dei*. La terza per accomodar le cose successe circa la visitazione de' capitoli, e generalmente d'altri gravami di Spagna. Le due prime cose feci subito che arrivai in questa Corte, e in quelle della Cesarea Maestà secondo che per le mie lettere scritte a Monsig. Reverendiss. ed Illustriss. di Monte si potrà vedere; la terza cominciai trattare, ma sopraggiunta la nuova della morte di detta felice mem. Giulio III., fui forzato lasciarla sino adesso sospesa. E perchè N. S. possa sapere in che stato si rimase, e con che speranza, io replicherò qui quanto fecivi, e già scrissi alli 2. d'Aprile, e di più quello, che poi si è fatto, e spero si farà.

Nel mio ragionare in Brusselles con la Maestà Cesarea di queste cose di Spagna, che fu alli 15. di Marzo, ebbi risoluzione, che le tentassi con il suo Figliuolo in questo Regno, dove io troverei persone del suo consiglio più pratiche di quelle cose. Il Serenissimo Re qui mi destinò dui del suo Consiglio, con li quali dopo molte cose mi ridussi in questi due punti. Il primo quanto tocca a i gravami tra la Corte di Roma, e di Spagna, che Sua Santità era apparecchiata, come fosse più opportuno rimediarli tutti, e che se per ragguagliarli volessero mandare, o deputare persone in Corte di Roma, essa Santità se ne contenteria. Questa proposta non gli dispiacque, ma non mi risposero risolutamente.

L'altro punto fu della visitazione, nel trattare della quale feci tre capi. Il primo delle persone Ecclesiastiche incarcerate e mandate in esilio, ovvero private delli suoi frutti, ed entrate, o d'altri beni Ecclesiastici e temporali. Le qual cose dimandai, che *ante omnia* si rivocassero, e redintegrassero. A questo capo mi risposero contentarsi, e credere non esser di bisogno farvisi provisione. Io li domandai lettere e altre provisioni necessarie per questo, le quali credo mi daranno, ed io le mande-

rò al Nunzio di Spagna, e un duplicato di quelle ovvero copia a S. B. Il secondo capo fu che mentre si dà ordini al modo perpetuo di visitare, che li Vescovi con dui Capitolari, uno a nominazione del Capitolo, l'altro a nominazione del Vescovo, possino visitare *sine præiudicio juris utriusque partis, tam in proprietate, quam in possessione*. In questo articolo pigliarono tempo per deliberarvi, pure mostravano di condescendermi quando fossero certi, che il modo perpetuo del visitare in breve si dichiarasse. Parlastimo ancora che questi due Capitolari non fossero sospetti, e odiati al Vescovo, nè al Capitolo, nella qual cosa vedremo di pigliare qualche buon ordine con ajuto di Dio. Il terzo capo della esecuzione del Canone Tridentino, e della dichiarazione di esso, e della decisione delle liti cominciate sopra la visitazione, rimase sospeso più che gli altri, perchè non fu trattato, nè disgrossato tra noi, e penso chiarir prima gli altri, e in questo camminare più riserbato, eccetto se a Sua Beatitudine non paresse di far risolvere così alcune cose, che si possano accettare o permettere.

Venuta la nuova della Sede vacante, parse loro d'aspettare la nuova elezione prima che si volessero congregare per rispondermi. Saputo poi il felice successo del Conclave, parlai con il Serenissimo Re alli 29. d'Aprile, nel qual giorno arrivò il Corriere, che portava i brevi per le Maestà Regie, e per il Reverendissimo ed Illustrissimo Legato, e si mostrò molto allegro della esaltazione di S. S. Io le dissi, che ancora che non avessi ordine da Sua Beatitudine mi bastava l'animo di offerir all'ora più che mai ogni ajuto di quella per la salute, e quiete di tutti i suoi Regni, e che si degnasse, parendoli, commettere a quelle suddette due persone che si procedesse più oltre nel trattare quelle cose di Spagna, che innanzi l'ultima risoluzione io li mostrarei la ratificazione di Sua Santità. Mi disse esser molto contento, e il Signore Rui Gomez suo Cameriero maggiore, che è il suo più fidato, e amato, promise ricordarselo. Così spero in breve poter dare avviso di quello che si farà, pareharei bisogno di ratificazione, o credenza di N. S. o di aver altro segno di sua volontà.

29. Aprile 1555. d'Inghilterra.

Eftanzas * de D. ANTONIO AGUSTIN.

Lorando Venùs a sù amigo hermofo
 Con muchas Ninfas, que la acompañavan,
 En un valle sombrío deleytofo
 Debaxo de una peña delcanfavan:
 Y por memoria deste fu repofo
 Sus lagrimas en fuentes fe tornavan:
 Quedaron para siempre, remedando
 Este llorar, las fuentes goteando.

Los cabellos de Venùs tan preciados
 Que al Sol la luz y resplandor quitaron,
 Siendo della rompidos y arrancados
 En yervas delicadas fe tornaron:
 Y por lo alto del lugar colgados
 De aquel rocío perpetuo fe mojaron,
 Quedoles aquel nombre de cabellos
 De la diosa que fue fin par con ellos.

* Vid. Vol. II. pag. LVIII. in Antonii Augustini Vitz Historia.



EX CONSILIIIS MULTORUM CODICIS INTERPRETATIO

EX BIBLIOTHECA

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

Nomina Consultorum.

1. **D**Yn. volumen unum consiliorum.
2. Federic. de Sen. vol. 1. consil.
3. Oldr. vol. 1. consil.
4. Signorel. de Homod. vol. 1. consil.
5. Bar. volumen unum consil.
6. Bal. volumine 5. consil.
7. Angel. vol. 1. consil.
8. Joann. & Gaspard. Cald. vol. 1. consil.
9. Paul. de Cast. vol. 2. consil.
10. Ant. de But. vol. 1. consil.
11. Lud. Rom. vol. 1. consil.
12. Raph. Cuman. & Fulg. vol. 2. consil.
13. Cardin. Zab. vol. 1. consil.
14. Petr. de Anchar. vol. 1. consil.
15. Joann. de Ana. vol. 1. consil.
16. Domi. de sancto Gem. vol. 1. consil.
17. Panorm. vol. 2. consil.
18. Andr. Barb. vol. 4. consil.
19. Joann. de Imol. vol. 1. consil.
20. Guid. Pap. vol. 1. consil.
21. Cepol. vol. 2. consil.
22. Francisc. Aret. vol. 1. consil.
23. Egi. Bellam. vol. 2. consil.
24. Alexan. de Imo. vol. 7. consil.
25. Cornel. Perus. vol. 4. consil.
26. Benedict. Capr. vol. 1. consil.
27. Ludov. Bologn. vol. 1. consil.
28. Marian. & Barthol. Socyn. volum. 4. consil.
29. Jafon. vol. 4. consiliorum.
30. Philipp. Deci. volum. 4. consil.
31. Francisc. Curt. vol. 2. consil.
32. Francisc. Curt. volum. 2. consil.
33. Stephan. Bertran. volum. 6. consil.
34. Hipolyt. de Marfil. vol. 2. consil.
35. Ripa volum. 3. consil.
36. Rubeus volum. 1. consil.
37. Chassa. volum. 1. consil.

EX CONSILIIIS MULTORUM CODICIS INTERPRETATIO

EX BIBLIOTHECA

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

LIBER I. CODICIS

De Summa Trinitate.

LEX *Liquet.* Panorm. consil. 18. *Primo*, parte 2. Socyn. consil. 292. *Visis.*

De Sacrosanct. Eccles.

Lex *Habeat.* Alexand. consil. 182. *Super eo*, parte 5. Bal. consil. 174. *Præsupponendum*, parte 5. Panorm. consil. 63. *Videtur*, 1. parte 1. & consil. 54. *Videtur*, & consil. 13. *Casus*, parte 1. & consil. 32. *Circa duo*, parte 2. Lud. Rom. consil. 177. *Licet*, Pet. de Anchar. consil. 61. *Ista q.* Fulgos. consil. 99. *Magister.* Gaspard. Calde. consil. 23. tit. de constit. Oldr. consil. 287. *Quæstiones*, & consil. 174. *Thema*, & consil. 100. *In execut.*

Lex *Non plures.* Oldr. consil. 263. *Joann.*

Lex *Placet.* Bal. consil. 174. *Præsupp.* part. 5. Oldr. consil. 86. *Queritur.*

Lex *Ad instructiones.* Bald. consil. 312. *Si de Jure*, parte 3.

Lex *Jubemus.* Bald. consil. 174. *Præsupp.* parte 5. Lud. Rom. consil. 284. *Triplici.*

Lex *Privilegia.* Bal. consil. 241. *Verba*, parte 3. Rom. consil. 344. *In casu.*

